¶Secūdo loco cōtuēdū. Menses geminos in scripturis offendim⁹: Solares sc; et Lunares. Solares partimur in peragratorios & vsuales. Mensis solaris peragratori⁹ q & proprius appellatur: spaciū est tēporis q Sol signū signiferi perambulat. Et fm cursum mediocrē obtinet 30 dies, 10 Horas, 29 Minuta, 6 Secūda, Secus de eo mē se fm verū cursum. Et sunt in anno Solari duodecim. Vsualis seu Rhomanus spacium dierū rhomano Calendario insertū possidet. Quorū septē Ianuari⁹, Martius, Maius, Iulius, Augustus, October, Decēber 31, Februarius in anno cōmuni 28, Bisextili 29, reliqui Aprilis, Iunius, Septēber, & Nouēber 30 dies vendicāt. Nosse hic cōuenit q̄ Iudęi menses Solares ignorant: sed Lunares (de quibus iam dicem⁹) accurate custodiunt. ¶Lunaris igitur mensis distribuitur in Peragratoriū, Cōsecutoriū, & medicinalē. duos in pręsentia missos facim⁹: Cōsecutoriū tm̄ diffiniemus. Mensis cōsecutorius, Lunatiōis aut menstruus est tp̄is spaciū quo Luna Soli cōiuncta, p duodecim Zodiaci signa means iterū cum Sole cōgreditur. Et constat (Alphonso teste) fm mediū cursum, ex 29 diebus, 12 horis, 44 minutis, tribus fere secundis. Alphonso Iudęi assentiuntur, Lunarem mensem cōplentes 29 diebus cū dimidio & 793 momētis: Hora, momēta 1080 obtinente: Testes sunt Gamaliel Iudęus & alij legis Doctores. ¶Verū Iudęi in cōputatiōe mensiū p annū nō obseruant hāc pręcisam & emussicatā cōputationē. sed aliquantos menses quos plenos appellant 30 diebus integrant. aliquātos deficientes vocant quos dūtaxat Nouē & viginti diebus nūerant. Paucos indifferentes modo plenos modo defficientes constituūt. sed de his alibi abūde tractabim⁹. Idē fere obseruauit C: Iulius Cęsar, q in suo Calendario primā Lunatiōem mēsis Ianuarij nūerauit 30 diebus, sequentem 29 diebus. Et succedentem 30 & sic hac formula alternis vicibus reliquas omnes Lunationes collegit, seruata tamen embolismorum ratione. ¶Et diuus Aurelius Augustinus omnē mensem triginta absoluit diebus. Libro em̄ quarto de Tri: capite 4 sic scriptū reliquit. Annus etiā vnus: si duodecim menses integri cōsiderētur/ quos triceni dies complent: talē quippe mēsem veteres obseruauerūt, quē circuitus Lunaris ostēdit: senario nūero pollet. (& infra) sed quoniā sicut mēsem circuitus lunę ostendit hominib⁹, sic annus circuitu Solis animaduersus est. Restant igitur quinq̄ dies, & quadrans diei vt sol impleat cursum suum, annūq̄ concludat. Hęc aure: Aug: Eccum, qui mensem Lunarē minus strictū tricenis semp dieb⁹ compleri voluit. Et vbiubi Diuinus is pater de mense loquitur lunarē intelligit ex 30 diebus cōstantē. Qd' vt expressius videri possit. vnū de multis subiungā exemplū. Libro 15 De Ciui: dei capite 14 disputās aduersus eos qui dixerūt annos eorum qui in prima fuere ętate non fuisse Solares &c. sic dicit. Tātus etiā tūc dies fuit quantus & nunc est. Tantus mēsis q̄ntus & nunc est, quē Luna cœpta & finita cōclusit. Tant⁹ ann⁹ q̄nt⁹ & nūc est, quē duodecim menses lunares, additis ppter cursum solis quinq̄ diebus & quadrante cōsummāt. ¶De mense lunari cōsecutorio compluries loquuntur Poetę q̄ lepidissime/transeo tamē/Eum mensem plures vocant Annū Lunarem seu menstruū/Testis est Xenophon de ęquiuocis tpm/cuius hęc sunt v̄ba. Annus etiam diuersus est. etenim ipsi egyptij vtūtur anno q̄n; mēstruo, sępe bimestri, nō raro trimestri (& post pauca) Chaldęi cum in antiquitatibus disciplinarum suarum vtantur menstruo cęteris semper Solarem se intelligere fatentur. Anno menstruo vtit' Diodor⁹ siculus Libro tertio loquens de chaldęorū disciplina Astronomica, sic, Nūerum Annorū quibus se huiusmodi astrorū doctrinę vacasse affirmāt haud facile quis crediderit. nam q̄draginta triū milia annorū adnūerant vsq̄ ad Alexandri assensum ex quo astrorū obseruationes ab se cœptas dicūt hęc dio: ¶Deinceps & tertio loco aduertendū q̄ Dierū mensium plures olim & hodie legimus denoīatōes. Quarū prima nōibus nūeralibus absoluitur. vt, prima die Ianuarij, secūda Ianuarij, Tertia et sic deinceps. Id nō solum in solaribus mensibus vsualibus verum etiam in Lunaribus obseruatum est. Diuinę enim literę vtriusq̄ Testamenti Duntaxat Lunares Menses vsurpant. Inter numerādum quippe dies cuiusuis Mensis vocabulis numeralibus eloquuntur. Geneseos capite Septimo legitur

A B C D E F

De seniſſimo patre Noę iuſſu dei Arcam ingrediente, ſic, Anno ſexcēteſimo vitę Noę menſe ſecūdo ſeptimodecimo die menſis rupti ſunt oēs fontes &c. Menſe ſecundo Intellige de lunari, Decimoſeptimo die, accipe. ꝙ is dies fuit decim⁹ ſepti- mus a neomenia aut nouilunio huius menſis ſecundi. Et eodē libro capite 8 ſcribi tur, requieuit arca menſe ſeptīo viceſimo primo die mēſis ſup mōtes Armenię. Et eodem capi: menſe ſecundo ſeptimo & viceſimo die mēſis arefacta eſt terra Et mul ta id gen⁹ exēpla leges in alijs libris Moſi puta Exodi, Leuitici, Nūeri, &c. quę bre uitati conſulens miſſa facio. Hac numeratiō vtunt etiam Aſtrologi, qui cœleſtes motus ſtellarū fixarū & erraticarum/Cōiunctiones, Oppoſitiōes, Aſpectus &c. per nōia numeralia dies menſiū ſolariū Rhomanorū ſignificātia explicant & ephe
H meridibus inſcribunt. ¶ Secunda denominatio a Rhomanis magno habita ho- nore fit per Calendas/Nonas/& Idus, Cuiuſlibet enim menſis dies trifariā diſtin- guuntur In Calendas/(vt diximus) Nonas & Idus. Ita primi ſingulorum menſiū dies Calendę appellantur: Calendę tanꝙ primores. Sequentibus quandoꝙ qua- ternis diebus vt in Ianuario, Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, No- uembri, & Decembri, Qnꝙ ſenis vt in Martio, Maio, Iulio & Octobri q dicunt Nonę. Sub ſequētibus item octonis in quolibet mēſe Idibus. Dies aūt reliqui oms calendę numeratę nuncupantur numerus tam earū ꝙ precedentium appellationū cōtinue decreſcentibus. Quamuis enim Calēde initiales, Nonę item & Idus a mē- ſe cui inſeruntur denominationē ſumant: Calende tamen numeratę ad ſequentem referuntur menſem, quamobrem iuxta ſupremā earū nomē menſis ſuccedentis ad notatur. Grecis olim nullę fuere Calende. De his tribus dierū appellatiōibus Lege Varronē/Plyn: Macrobiū/item Ouidiū libro Faſtorū Is libro primo de Calendis ſic canit Vendicat Auſonias Iunonis cura Calēdas Et idem, de Calendis Ianuarijs Proſpera lux oritur linguiſꝙ animiſꝙ fauete. Nunc dicenda bona ſunt bona ver- ba die. Et iterū Salue feſta dies melioꝙ reuertere ſemper. A populo rerū digna po tente coli. Idem, de Idibus ſic/Idibus alba Ioui grandior agna cadit. Et de Nonis,
I Nonarum tutela deo caret. ¶ Tertia nominatio a diebus Hebdomadarū ortum ſumpſit. Iudęi quidē ſabbatarij a ſabbato qđ Leuitici 23 ſanctū vocatur numerati- onē dierū vendicāt. vt diem, ſabbatū ſequentē, vocant primā ſabbati, & ſuccedentē ſecundā ſabbati, Tertiā ſabbati, quartā ſabbati, quintā ſabbati, ſextā ſabbati, Para- ſceue ſeptimā ſabbatū nō nunꝙ ſabbatū ſabbatorū. Ethnici vero a ſeptem Planetis quibus gubernamētum dierū & horarū tribuūt: Primā ſeptimanę diem appellant Solis, Secundā Lunę, Tertiam Martis, Quartā Mercurij, Quintā Iouis, Sextā Ve neris Septimā Saturni, Chriſtiani deniꝙ imitatores Silueſtri primi ſummi pōtifi- cis, per ferias noīationē dierū abſoluūt. Et quia prima feria Chriſtianis celebris eſt. Dn̄icam diem noīant, Sequētem, Secundā feriā, Et iterū ſequētem Tertiā feriā, &
K ſic deinceps Septimā feriā Sabbatū haud ab re appellant. ¶ Deniꝙ loco quarto ſciendū vnuſquiſꝙ duodecim menſiū anni/noſtri Calendarij duas cōtinet facies. Quarū dextra ſanctorū celebritates appropriat. Cuius primus ordo ſiniſtram ver- ſus habet nūerum dierū cuiuſlibet menſis vſualis q 31 nuſꝙ excedit. Sequēs ordo ſeptenis primis noſtri Alphabeti lr̄is cōtexitur Quarū quęlibet ad certā hebdoma- dę diem refertur. Et quę ad Dn̄icam ſpectat/Dn̄icalis, vlgo Solaris appellat. De- inde ſuccedunt triplices numeri Nonarū, Iduū & Calendarū, mox ſequūtur quo- rundā ſanctorū noīa qbus menſiū dies dicati ſunt. Poſtremo occurrūt q̄ttuor co- lumnellę: Quarum prima eſt Solis veluti inſcriptio admonet, binis diſticta lineis, prior quidem gradus integros veri loci Solis, poſterior minutias graduū continet. Sūtꝙ gradus illi atꝙ minutię eius ſigni qđ proxime ſupraſcribit, Reliquas tres co- lūnellas luna ſibi vēdicat. Quarū vnaꝗꝙ triplices hꝫ nūeros Signa, Grad⁹ & Minu tias graduū ſignificātes. Prima colūnella medio motui Lunę, Secūdo Cētro eiuſdē & tertia ei⁹ medio Argumēto inſeruit. Siniſtra Deniꝙ facies p⁹ nūerū dierū rubro ſcriptū, ſex cōtinet colūnas, quinis intercapedinib⁹ vacuis ſeparatas. Quarū vna- quę triplici nūerorū cōflatur ordine, nō quidē ſine interuallo vbiꝙ, ſed paſſim nō

nunc̃ ſuccedentiũ. Primus ordo habet aureũ numerũ rubro exoratũ, Secund⁹ horas. Tertius horarũ minutias complectitur. Hę columnę tribus cyclis decẽnouenalibus alligãtur. Quorũ quiuis Decemnouẽ Annos Solares Rhomanos continet. Primus incipit ab Anno christi dñi 1 5 1 8. Secundus ab Anno eiuſdẽ 1 5 3 7. Et Tertius Anno 1 5 5 6. Eos etiã annorũ nũeros supernebinis columnis inſcriptos facile eſt cernere. Horũ deinde cuilibet cyclorum, Duæ ex memoratis ſex columnis accõmodantur. Prior colũna Cõiunctionib⁹. Poſterior autẽ Oppoſitionib⁹ luminariũ veris inſeruit, queadmodũ inſcriptiões q̃ ſunt in columnarũ capitib⁹ cõmonefaciũt. ¶ His Præambulis expoſitis, Nũc ad rẽ ipſam fauſte properamus. Sciſcitaturus igitur tempus Coniunctiõis vere Luminariũ menſe quopiam vſuali, inquire Aureũ numerũ anni propoſiti in columna cõiunctionis cycli currentis (Currentẽ vocamus in quo annus tu⁹ propoſitus cõtinetur) & e directo ipſius a dextris quidem videbis horas & minutias ſi quæ ſint A ſiniſtris autem in extremo ordine numerũ diei, a cuius meridie cõputari debent hore cum minutijs, quibus completis fit talis coniunctio. Q̃ ſi optaueris diem huiuſmodi inſigni quadam appellatione pronunciare: inueſtiga numerũ eius in prima facie Calendarij/Iuxta em̃ apparebit quota ſit ſeptimanæ dies, aut cui celebritati dicata vicina ue ſit. Haud diſſimiliter inuenies tẽpus oppoſitiõis vere/ſi aureũ numerũ in columna oppoſitionũ aĩaduertas. ¶ Sed hęc quidem pro formula expoſita ſicut iã monuimus accipiẽda ſunt: ſi minutis nõ adhæreat vnculus rubeus aliquis hoc eſt ſignũ huiuſmodi ┌ └ ſiue ſurſum porrigatur ſiue deorſum. Nam ſi huiuſmodi ſignũ in intercapidine columnarũ apparuerit: horæ & minutiæ dudum acceptæ ad alium trahuntur diem: eum ſcilicet iuxta quẽ vnculi pars longior deſinit. Quod clarum fiet exemplis quæ inferemus. Cõiunctio q̃ in primo cyclo ſcribitur iuxta Decimãſeptimã diem Martij ad decimãoctauã attinet, hoc eſt horæ 8. cum 25 minutijs non a meridie Decimiſeptimæ diei quã indicat aureus numer⁹ 12, ſed a meridie Decimæoctauæ/ quẽ vnculus deorſum vergens illic finitur. Sic oppoſitio memorati cycli quæ ad ſedem decimæoctauę diei Aprilis notatur ſurſum ad decimãſeptimã trahenda eſt. Et coniunctio Iunij duodecimæ diei adhærens ad tertiamdecimã eiuſdem & tertiædecimæ ad q̃rtam decimã reduci debet. Conſimile de reliquis ſume iudiciũ. ſic autẽ excuſoria ars cogebat ꝓpter anguſtiam ſpaciolorũ numeros quoſdã alienis ſiſtere ſedibus. ¶ Sane hic haud quac̃ ſilentio prætereundẽ eſt, omnẽ ſupputationẽ Horarũ & minutiarũ ad meridiem oppidi Tubingenſis retuliſſe ꝙ locus ille gymnaſio literario floridus/omĩbus ferme Europeis, ꝓ virili noſtra lucubratione celebrior fieret. Accedente etiam ꝙ in ea habitatiõe noſtra p̃ſens opus cõdidimus. Bonũ autẽ ſuapte diffuſionẽ amat. vltro ſeſe omĩbus offert, faſtiditq̃ neminẽ. Quo cõſulto factũ eſt ne vſu noſtri Calendarij alios quouis locos fraudaremus: Id quaſi cõmune munus toti ꝓpemodũ Europæ fœlici ſydere impartiendũ decreuimus Adiumento Abaci regionũ, Principatuũ, Ducatuũ &c. qui ad liquidum docet quantũ quiuis alius locus horis & minutijs Calẽdario inſertis aut addere debeat aut detrahere. In eo nanc̃ ſub epigrãmatis Regionũ, Principatuũ, Ducatuũ &c Oppida nobiliora & inſigniora aut cognobiliora inſcripta apparet. poſt quorũ ordinẽ ad dexteram eunti concito altera literarũ/ A aut M occurrit: A quidẽ ſignificans numerũ ſequentẽ addi debere ad tempus per aureũ numerũ ſupra acceptũ, ſiue horam aliquã cum minutijs, ſiue tantũmodo minutias. M vero talem numerũ minui debere a memorato tempore. Prior autẽ columnellæ ordo literas A & M geſtat. Sequẽs horarũ ſi q̃ ſint: habẽt inſcriptionẽ. Poſterior autẽ minutias offert. Facta igitur taliſmodi additione aut minutione pronotæ occurrentis admonitione habebitur tempus cõiunctionis aut oppoſitiõis veræ ad locũ propoſitũ/ac ſi omnis ſupputatio ad meridianũ eiuſdẽ loci exercitata foret. ¶ Etſi in Abaco noſtro regionũ multa loca habitationũ Europe non abre cõgeſſimus.

L M N O

scribere tamen om̄ia quæ nostra tempestate habitantur ferme immensum & per-difficile erat. Quocirca (vt diximus) nobiliora aut cognobiliora inseruimus, q̄ vero in vicinio singularum iacent ad ista tanq̄ primaria reducentur. Pauxillulo quopiam interuallo nullam diuersitatem notata dignam ingerente. Verū nostri Abaci reliq̄s vsus ac eius rationē, ꝓpria in subditis ꝓpositione affatim ōndem⁹.

De Eclypsibus Luminarium.

Propositio Septima.

A **Eclypses solis et lune futuras certa** supputatione Mathematica prædicere. ¶ Duo omnino hominū genera præsens propositio confutat. Vnū maledicū diuino Astrologico studio semp̄ aduersans, inflatis em̄ buccis effutit fundamēta eius esse infirma ac ex astris nulla futura determinate posse prognosticari. Alterū stultū ne dixerim sacrilegū, naturaliū inscium causarum, cum viderit globū lune noctu laborare ac deliquiū pati: carminibus turbari autumat, clamoribus cœlū replens, credit defectui lunæ auxiliū præstare, maxima profecto & nimis pudēda apud Christianos irreligiositas, ac si deus oīm rerū opifex nō possit defēdere lumina quæ creauit. De hoc hōim genere plane ait Salomon. Stultus sicut luna mutatur. Sed forsan in testes adhibeantur alloquentem nō audient ꝓpositionē. Ecce corā quos queritis adsunt. Audite obsecro Iuliū firmicū Maternū iuniorē libro primo matheseos sic loquentē Ecce inquit aliud maius addiscimus, q̄d cū acciderit, imperitos homines, monstrosa semper timiditate perturbat. Cum Sol medio diei tp̄e, lunæ radijs, quasi quibusdā obstaculis impeditus cunctis mortalibus fulgida splendoris sui denegat lumina, quod Optatij & Paulini cōsulatu (vt de recentioribus loquar) cunctis hominibus futurū, Mathematicorū p̄dixit intentio. Quādo rursus luna, terrenarū altitudinū adumbrata regionibus, simili ratione deficiat, quod frequenter fieri, lucida noctis serenitate, peruidimus. Hęc omnia Mathematicorū collegit ingeniū & computatione solerti, diuinæ disputationis secreta perdidicit. Auscultate pręterea Pliniū secundū Libro secūdo naturalis histo: inquientē. Defectus aūt suos & Solis rem in tota contēplatione naturæ maxime mirā & ostēto similē eorū magnitudinū & vmbræ indices existere. Quippe manifestum est Solem interuentu lunæ occultari; lunāq̄ terræ obiectu ac reddi dices eosdem Solis radios Luna interpositu suo auferente terræ: terrāq̄ lunæ. Hac vero subeunte repetinas obduci tenebras rursumq̄ illius vmbra syd⁹ hebetari. neq̄ aliud esse noctem q̄ terræ vmbram (& interpositis plurimis sequitur) Stati āt atq̄ menstrui nō sunt vtriq̄ defectus propter obliquitatem signiferi lunæq̄ multiuagos flexus; nō sēp̄ in scrupulis partiū cōgruente syderū motu hæc Plyn: Sed ne ꝟba sint infinita aut obtundentia, reliquos testes missos facim⁹ Audisti igitur maledice grauissimorū virorū testimonia, Depone maledicta, & bonis acquiesce authorib⁹. Audisti stulte deliquiorū causas naturales, reijce psidiam atq̄ stulticiā tuā, Ne de te illud regij prophetæ dicatur Vir insipiens nō cognoscet, & stultus non intelliget hæc. ¶ Nunc tu quicūq̄ Anno quopiā Solis & Lunæ futurā eclypsim aut defectionē scire adoptas. Ingredere tabulam cui superne inscribitur, Schemata eclypsium luminariū cum iusta tempoꝝ annotatione. Qꝫ si in fronte cuiuspiā columnæ eclypsalis ,nūerus a primo Anni christi cœptus apparuerit: eo anno eclypsim futurā pronunciabis. Tēp us autē eclypsis numero subiecto facile deprehendes, tribus constante particulis Diuisim sci-

ptis, prima quidem diem mensis, qui paulopost subiungitur manifestat. Secun
da horas, tertia minutias horarū, quibus a meridie talis diei supputatis, medium
eclypsis apparebit. Succedit dimidio duratio quæ gemino plerumq; conflatur
numero, horæ videlicet vnius ac minutiarū, nō nunq̄ vero minutijs horarijs dū=
taxat inseritur. Vocamus autem in præsentiarū dimidiam duratione tempus qđ
est ab initio eclypsis vsq; ad medium eius, aut ab eo medio vsq; in finem. Quam
obrē si huiuscemodi dimidia duratio a medio eclypsis subtrahatur emerget ini=
tium eclypsis, eademq; ad medium eclypsis addita finem pandet. Postremo ecly
psibus puncta quæ veteres digitos eclypticos vocauere, annotantur. In Lunari=
bus quidē vniuersalibus, hoc est, vniuersis lunæ partibus aduenientibus, si pun=
cta duodenariū numerū excesserint: significant totā lunam eclypsari: & aliquā=
diu in tenebris delitere, si autem duodecim duntaxat fuerint: indicant lunā in to
to eius corpore deficere sed ilico ad lumen rediturā. Sol totus interpositu lunę
obtenebrari potest, sine tn̄ mora sensili, paruitate lunæ id haud admittente. Q si
eclypsis particularis fuerit: puncta eius adscribuntur: hoc est, quot duodecimæ
ex diametro luminaris deliquium pacientis occultabuntur. Hæ res etiam sche=
matis geometricis haud incōmodis figurantur. Vniuersalem nempe Defectio=
nem circulus figuræ quaqueuersum nigro aut pullo colore pictus significat. Par=
ticularem vero circulus non omnino atramento tinctus denotat, quanta nanq;
pars luminare significantis atro colore picta cernitur: tanta ex superficie lumina
tis oculis nostris obuersa defecturam esse recte pronunciabis. Innotescentibus
etiam figuris aut schematibus quæ pars luminaris deficiet: inferior quippe lumi
naris pars, hoc est, pars in austrum tendens defectione afficietur: si inferior por=
tio circuli ipsius figuræ nigra sit. superior autem, hoc est, pars septentrionaria, si
superior pars circuli atra fuerit. ¶ Sed huc quoq; propius accedat abacus no= C
ster Regionum, principatuum &c. si alibi q̄ in oppido Tubingensi habitationē
elegeris: Quantum enim superius in propositione antecedente addidisti tēpori
coniunctionis aut oppositionis veræ aut ab eo minuisti: tantū hic quoq; ad ecly=
psis medium aut adde aut ex eo minue prout nota A vel M in abaco regionum
ad situm opidi tuæ habitationis aut vicinioris apparens admonet ¶ Cæterum D
nec hoc silentio prætereundum est: lunares defectiones, tum vniuersales, tū par=
ticulares, pro punctorum adnotatione, & schematum depictione, toti mundo
conformiter apparituras, Secus de solaribus deliquijs, quorum supputatio &
figuratio ad medium fere septimi climatis potissimum relata est. ¶ Demū scire E
etiam conuenit, nos supputationes & figurationes complurium defectionū lu=
minarium futurarum neglexisse, quæ nostro optatui minime apparebunt. Eas
dicimus quæ sub nostro orizonte exortiuo integre finientur aut sub orizonte oc
ciduo primum initium sument.

De Loco solis vero.

Propositio Octaua.

VErum locum solis in zodiaco bre=
ui calculo inquirere. ¶ Rhomana ecclesia in suis negotijs
disponendis ac absoluendis duntaxat solis & lunæ, reliquo=
rum planetarum motibus posthabitis, vtitur, O si veros
non mediocres luminarium cursus semp obseruasset, profe=
cto plures fluctuatiōes ferme intolerabiles, præcipue in ve=
ra paschatis celebratione subterfugisset atq; vitasset. ¶ De A

ſole igitur omniũ rerum moderatore primo loco dicemus, dein de luna Quare
contuendum eſt. Inter ſeptem errantia aſtra, medius ſol fertur ampliſſimam ma-
gnitudinem & Poteſtate, nec temporũ modo terrarũq;, ſed ſyderũ etiam ipſorũ
cœliq; rector. hic lucem rebus miniſtrat: aufertq; tenebras: hic reliqua ſydera oc-
cultat. hic vices temporũ, annumq; ſemper renaſcētem ex vſu naturæ temperat,
hic ſuum lumen cæteris quoq; ſyderibus fœnerat. præclarus, eximius, oĩa in-
tuens. Et vt ſummatim dicatur: accedat Diuus Hieronimus in ezech: ſic ſcribēs
Omnia cœleſtia & terreſtria, & quicquid ſub humana cadit intelligentia ſolis ro
tis voluitur. Accedat etiam ex Egyptiorũ ſententia Iamblicus ita loquens Quic-
C quid habemus boni, habemus a ſole. ¶ Quocirca vt paucis condocefactio ve
ri loci aut motus ſolis oĩbus manifeſtaretur (præciſiorē tamen et in omne pro-
pemodum tempus duraturam ſupputationem, quia non huius temporis eſt: in
in aliud reſeruamus) Digeſſimus itaq; Calendarium, mēſes habens Rhomanos,
quibus e directo cuiuſuis diei, dextrã verſus, in columnella cuius titulus eſt. So-
lis motus. duo offeruntur numeri, prior graduũ poſterior minutorum (ſi q̃ gra-
dibus adhæſerint) Qui gradus & minuta eius ſunt ſigni qđ titulus proximo ſup
eminens indicat. Præterea poſt tabulam ingreſſus vel introitus ſolis in Arietem
exarata eſt tabula, cui ſuperne inſcribitur, Tabula rectificatiōis loci ſolis. In qua
primo occurrunt numeri Annorũ Chriſti domini, poſt quos dextrorſum, mi-
D nuta plerumq;, non nunq; gradus & minuta. ¶ Supputaturus igitur verum
locum aut motũ ſolis in ſignifero, Cum numero annorũ Chriſti oblato. Tabu-
lam veri loci ſolis in zodiaco ingredere: & qđ iuxta eum in minutis, aut gradu &
minutis ſcribitur, ſerua. Diem autē oblatum menſis in Calendario inueſtiga &
in columnella ſolis, gradus & minuta animaduerte. Minuta tua ſeruata adde mi-
nutis animaduerſis, & ſi eorum ſumma in 60 aut vltra creuerit: 60 ablatis, gradi-
bus vnum, reliquis minutis in ſuo loco relictis. Q̃ ſi in ſeruato numero gradũ
habueris: adde eundem gradibus animaduerſis, qui ſi in 30 excreuerint: reiice 30
& ibi principium ſigni ſtatues. Nomen eñ ſigni proximo ſuprapoſitũ, ſignũ eſt
ſolis per qđ decurrit: Gradus vero et minuta quot partes huius ſigni ſol vero ſuo
E motu permeauerit: indicant. ¶ Verum in anno cõmuni poſt exitum Februa-
rij duntaxat 28 dies habentis, per omnes dies reliquorum menſiũ, facta huiuſce-
modi additione, demendus eſt gradus vnus. Qđ eñ facta hac ſupputatione re-
linquetur: verum locum ſolis in zodiaco in gradibus & minutis ad meridiem ob
F lati diei oſtendit. ¶ Q̃ ſi ad horam quampiam pomeridianam verũ ſolis mo-
tum ſcire optaueris: motũ diurnum elicitum partire Per 24: & emerget motus ſo
lis horarius, quē ſi toties motui ad meridiem numerato adieceris, quot ſunt horę
G Pomeridianæ propoſitæ, verus motus ad horam oblatam prodibit. ¶ Quan-
tum autem propter meridianorum diſtantiam addi aut ſubtrahi oporteat: quem
H id per exiguũ & nullius momenti eſt conſulto præterimus. ¶ Demũ quantas
cõmoditates cognitio veri loci ſolis potiſſimũ Rhomanæ eccleſiæ præbeat ex ſe
quentibus ꝓpoſitionibus abunde accipies.

De loco lune vero Propoſitio Nona.

Locum lune verũ in ſignifero cer-
to computo inueſtigare ¶ Secundo loco de luna dicēdum
A eſt: Moſes igitur ægyptius, Iudeus, legiſlator, mortaliũ oĩum
deo familiariſſimus, lunã luminare minus, cæleſtiũ eſſe domi
nã in nocte recte putauit: q̃ſi nocturnũ ſolē, vel luminũ vnã,
aut noctu ſolam lucentem. Conſentit Moſi Hali abenrageſ

Astrologus, sic inquiēs. Luna est luminare minus ipsa est regina & gubernatrix noctis Et Ptolemęus Phelu: Tract: primo Quadrip: asserit lunam esse nocturnā solem autem diurnū Quare peripatetici condigne lunā alterū solem appellant.
¶ Et albertus magn⁹ sueuus libro septio de vegeta: & plātis capite nono de luna sic scriptū reliquit: Luna regina cœlestis militiæ vocata est (& paucis interpositis subiungit) quia vicina nobis existens plus influit super inferiora, ꝙ alia cœlestis virtus, applicans se omnibus in spacio mensis. Quolibet em̄ mense perficit mutato (alias mutuato) lūine, qđ alia astra perficiūt in spacio multorū annorū. propter qđ egregius Philo: Arestotiles dixit. ꝙ luna facit in mense, qđ sol facit in anno, hoc est hyemē, æstatem/ver/& autumnū. Quoniam a prima accessione vsq; ad dimidiationē eius est calida & humida sicut ver. a dimidiatione luminis vsq; ad plenitudinē est calida & sicca sicut æstas. Et a plenitudine vsq; ad dimidiationē secundam est frigida & sicca vt autumnus. Et a dimidiatione secunda vsq; ad defectum est frigida & hūida vt hyems hæc Albertus: ¶ Iulius Firmicus Iun: sicu: in matheseos disciplina celebratus/libro quarto apotelesmatū de luna egregie scribit, sic. Omnis enim substantia humani corporis, ad istius pertinet numinis potestatem. Nam postea q; perfectū hominem vitalis aura susceperit; corporiq; se spiritus diuitiæ mentis infuderit; compositi corporis formā, pro qualitate cursus lunæ sustentat. vnde cursus eius prudenti debemus inquisitione colligere, vt totam possimus humani corporis substantiam explicare. Aliter em̄ hoīs natura constare non poterit, nisi corpus eius ad vitæ subsidia firmo fuerit præsidio fabricatum (& post pauca) fabricator em̄ hominis deus, cum animal hoc, diuina, ac singulari artificij ratione cōponeret/immortalis animi diuinitatem, mortalis, ac terreni corporis vinculis obligauit, vt anim⁹ & intrinsecus diffusus, & magnę cuiusdam necessitatis obligatus imperio, caducam sibi seruientis corporis fragilitatē, diuinæ potestatis licentia gubernaret. Non habebit ergo anim⁹ integrum receptaculū, nec se poterit circumfusus annectere, nec diuinitatis suæ explicare substantiā, nisi corpus ad susceptionē animi, integra & incorrupta fuerit compage corroboratum, vt animus & corpus pari necessitatis ratione cōiuncti, & inuicem se propriæ naturæ potestatibus ac viribus sustinentes, hominem diuina, ac terrena coniunctionis societate compositum, integra specie, ac forma perfecti operis explicarent. Quare scire debem⁹, quid corporis hūana luna susceperit, & quid sit lunæ potestatibus deputatum. Nam & crescentis lunæ augmēta in corporibus nostris, & deficientis luminis damna sentimus. Medulle enim humani corporis, cum luna crescit, crescunt. cum vero inanis cœperit luminaribus destitui, tenuati corporis fatigatiōe languescunt. hæc Fir: & plura ibi alia non tatu dignissima. ¶ Quamobrem astrorū iudices viri cœlestes ac diuini, medici accuratissimi, & philoso: cōsummatissimi, concordi sentētia post solem, lunæ tribuunt in hæc sub cœlestia potens & præcipuū dominiū. Quocirca tutissimam viam esse concludunt, nihil nos sine lunæ beneficio facturos, quandoquidē cœlestia cōmuniter & frequenter atq; facile ad inferiora demittit. Quod posset plurifariam videri atq; animaduerti si verba non in infinitum crescerent. Est nanq; luna (vt paucis dicatur) in posterioribus cœli regionibus collocata, quare terrenarum rerum imperiū ex vicinitate sortitur. Et sole dempto luminis sui magnitudine alia astra vincit. libera a regressione qua cæteri planetæ omnes præter solem non nunq; affecti vires perdere asseruntur. habet etiam cum sub cœlestibus corporibus similitudinem magnam. Teste ptolæmeo libro fructus ꝟbo 61 inquente. Luna propria est corpori propter consimilitudinē eius in operatione. Hæc de luna & eius dominio ac potestate paucis enarrare libuit: quæ ampliori sermone in cōmentarijs nostris de electionibus astrologicis in rebus medicis obseruādis prosequuti sumus. ¶ Elaborandum itaq; nobis est: vt eius cursus, quo ꝑ signa omnia festina celeritate discurrit, diligentiori cōtemplatiōe colligatur atq;

B (line 4, right margin) · C (line 14) · D (line 35) · E (line 47)

recte aduertatur. Cuius rei gratia, singulis diebus mensium nostri Calendarij, post motum solis inseruimus tres columnellas motibus lunaribus inseruientes Quarum prima mediocri lunæ motui, Secunda Centro eiusdem. Tertia Argumento medio accomodatur. Vnaquæque colũnella ternis numerũ ordinib' distinguitur. Primus signa, Secundus gradus, Tertius minutias graduum vendicat.
G Hęc omnia tituli superne scripti facillime cõmonstrant. ¶ Præterea post tabellam duodecim signorum, exarata est Tabula Radicũ Lunæ, In qua ad sinistram eunti primum occurrunt numeri a primo Anno christi domini cœpti: mox versus dextram sequũtur radices memoratorũ motuũ lunarium, ternis etiam distin-
H ctæ columnellis. ¶ Vt autem locus lunæ verus, numerum amatoribus facile innotesceret, depictum est instrumentum cuius epigramma est: Instrumentum veri loci lunæ in zodiaco, Eius partes hoc pacto dignoscentur. In primis itaque offert se zodiacus per duodena signa distinctus, nominibus & numeris (vt assolet) adnotatis. Signa trigenos possident gradus quibus ob faciliorem numerationẽ, numeri 5, 10, 15, 20, 25, 30, subscribuntur. Extra zodiacum ad caput Arietis, descriptus est æquator Loci lunæ, gestans vtrinque gradus 8, addendos & minuendos pro titulorum Adde & Minue adscriptione. Intra zodiacũ est æquator argumenti lunæ, numeros graduum ab vno in 13 vltro citroque continens. Numeros dico quãdoque addendos medio argumẽto lunæ, quandoque ab eodem minuendos vt verum argumentum emergat, prout dictiones adde & minue admonent. Inuicinio centri zodiaci: e: appellati figuratus est circulus paruus, eccentricus lunæ nominatus. Ex eodem quoque centro: e: prominet filium tenuissimum cui margarita aut modulus adhæret. Et demum aliud depẽdet filum ex: c: puncto, hoc est
I ex principio libræ aut fine virginis. ¶ His cognitis quoties locum lunæ verũ in zodiaco scire optaueris: Cum numero Annorum Christi proposito, ingredere tabulam radicum lunæ, & e directo mumeri versus dextram, medium motum lunæ, Centrum lunæ, & argumentum lunæ medium in abaco supputatorio distincte notabis, congruis etiam titulis adscriptis. Deinde cum die proposito intra Calendarium, & motus lunares inuentos alijs extra scriptis subnotabis: vnũquenque sub suo genere. Hæc sic extra notata iunge more Astrologico, inchoando operationem a minutijs, hoc modo, Minutias medij motus lunæ diei oblati extra scriptas, adde minutijs radicis medij motus lunæ, & si in 60 aut vltra excreuerint: tolle 60 & adde gradibus gradũ vnum, reliquis in suo loco dimissis. Deinde gradus collige qui si in 30 aut vltra euaserint: subtrahe 30, & iunge signis vnum signum, superfluis in suo loco seruatis. Insuper signis collectis si in 12 aut vltra creuerint: abijce 12, reliquis custoditis. Haud secus operaberis cum minutijs, gradibus, & signis, Centri, & argumenti lunæ medij. Quibus absolutis habes motum lunæ mediocrem, Centrum eius, & Argumentum eius medium,
K ¶ Pone igitur ante oculos tuos Instrumentum veri loci lunæ, & in eius zodiaco supputa Centrum lunæ, ab Ariete incipiendo. Ita vt Aries habeat 1, Taurus 2, Gemini 3, & sic deinceps. Et vbi numerus Centri desinit, pone filũ instrumenti ex: e: centro prominens, & margaritam aut nodulum ad eccentricum lunæ examussim promoue. In æquatore autem Argumẽti lunæ ad situm fili animaduerte æquationem in gradibus & minutis secundum proportionem, quam Argumento lunæ medio adde si titulus additionis, aut minue si minutionis adscriptus fuerit: & prodibit argumentum lunæ verũ siue equatum. Quod recense in zodiaco instrumenti queadmodum de Centro numerando præcepimus. & ad eius exitum transfer filum centri: e: & aliud filum ex nota: c: pendens extende per centrum margaritæ aut noduli, & mox in æquatore loci lunæ apparebunt gradus & minuta secundum proportionem inter filum & diametrum instrumenti, æquatio medij motus lunæ, addenda aut minuenda pro inscriptionis admonitione, Si igitur addenda fuerit: adde eandem motui medio lunę, Sin minuenda minue,

&videbis verum motum in zodiaco qđ fuit optatum. ¶ Verum in Anno bissextili pro vigesimo nono die Februarij ad primam Martij, & pro prima Martij ad secundam eiusdem, & pro secunda, ac tertiam, & sic deinceps vsq; ad exitũ anni transire oportebit. ¶ Exemplaris computatio certiorem te reddet. Offert mihi Annus Christi 18 currens sup̃ millesimũquingẽtesimũ, & eiusdẽ anni dies 10 Augusti, ad cuius meridiem Iubeor numerare verum locũ lunæ in zodiaco, Cum numero igitur Annorum Christi scilicet 518 ingredior tabulam radicum lunæ, & : e : directo offendo radices lunares quas extra in abaco scribo in hunc modum.

Mot⁹ lũe medi⁹			Centrũ lune			Argu. Lũe mediũ			
S	G	m	S	G	m	S	G	m	
5	1	42	2	25	0	1	29	31	Radices

¶ Cum decimo autem die Augusti oblato intro Calendarium, & ad eius sedem versus dextram inuenio tres motus lunares, quos radicibus subscribo, quemlibet tamen sub suo genere, Et stabunt omnia in hac serie.

Mot⁹ lũe medi⁹			Cẽtrũ lune			Argu: lũe mediũ			
S	G	m	S	G	m	S	G	m	
5	1	42	2	25	0	1	29	31	Radices
1	15	10	0	12	42	0	20	26	

¶ Addo numeros subscriptos superioribus, & colligo motus Lunares ad meridiem Decimi diei Augusti ſm hanc formulam.

Mot⁹ lũe medi⁹			Centrũ lune			Argu: lũe mediũ		
S	G	m	S	G	m	S	G	m
6	16	52	3	7	42	2	19	57

¶ Centrum lunæ scilicet 3 S: 7 G: & 42 m̃: cõputo in zodiaco instrumenti a principio Arietis, & ad finem eius extendo filum centri : e : promoueoq; nodulũ ad eccentricum lunæ. & in æquatore argumenti lunæ ad situm fili habeo æquationẽ 12 graduum & 30 fere minutorũ cum nota addictionis, Quã addo medio argumento lunæ, & procreo verum & æquatum, hoc. 3 S: 2 G: 27 m̃. id autem Argu: verum supputo in zodiaco Instrumenti & ad eius exitum extendo filum centri e: Et aliud filum ex: c: egrediens duco per centrũ aut medium noduli vsq; ad æq̃torẽ Lunæ, & abscindit de æquatore Equationẽ 6 graduum & 15 fere minutoꝝ cum titulo minue. Qua a medio loco Lunæ detracta remanet verus locus lunæ scilicet 6 S: 10 G: 37 m̃: Est igitur luna in libra 10 Gradu, 37 minu: qđ fuit optatum. Haud dissimiliter pro alijs diebus operor. ¶ Hic etiam illud nos scire cõuenit: meridianorũ differẽtiã in motu lunę ꝓpter eius celerẽ cursum compluries sensilem generari variãtiã. Quocirca si aliubi q̃ in opido Tubingensi degas: Ingredere abacum regionũ, principatuũ & c̃ & tempus tuę habitatiõi aut viciniori ad scriptũ cũ nota A vel M animaduerte: qđ in motũ lunæ, hoc pacto (vt paucis dicatur) cõmutabis: Quot minuta horę dimidiũ tpis animaduersi habuerit: tot minuta motus lunæ accipe: que minutis veri loci lunæ per supputationẽ inuentis adde: si nota tẽporis fuerit, m, aut minue si nota tpis fuerit: A: Facta igit huiuscemodi additione aut minutione habebitur locus Lunæ verus ad opidum propositum, ac si omnis computatio ad meridianum eiusdem oppidi directa foret, ¶ Verbi gratia, motum lunæ verũ 6 signorum, 10 graduũ & 37 minutorum

8

L M N O

supra ad meridianũ Tubingensem computatum, præcipior ad meridianũ Neapolis metropolis Campaniæ dirigere. ex Abaco regionum ad sedem memoratæ metropolis, offendo 38 minuta temporis cum nota: A; huius tẽporis medietas est 19 minuta, minuo igitur 19 M: motus ex 37 minutis cursus lunæ, & remanẽt 18 minuta, Est igitur verus locus lunæ ad meridianũ neopolitanũ reductus 6 S: 10 Gra: 18 mi: hac resarciendi formula vtere in reliquis motibus lunaribus omnibus ad memoratum meridianum neopolitanum rectificandis.

P ¶ Postremo si collibuerit verũ locũ lunæ ad horã quãcũq; diei inuestigare, mot⁹ ei⁹ diurn⁹ eliciatur id est differentia duorum motuũ ad duos meridies immediatos computatorum, hinc horaria portio addiscatur: quæ est vigesimaquarta pars motus diurni, quã si toties motui ad meridiem supputato addideris: quot sunt horæ vltra meridiem oblatæ, verus locus ad horam propositã emerget.

De vero loco lune faciliori computo dignoscendo. Propositio Decima.

A VErum locum lune computo faciliori quam superior pollicetur cognoscere. ¶ Complures sunt nostri temporis homines, qui sese mathematicos vocari volunt: primã tamen mathematicæ disciplinam Arithmeticã vtpote antiquissimã, cæterarũ principium, radicem, matrem atq; nutricis vicem gerentem, fugiunt, abhorrent, & detestãtur. Aiunt enim fastidiosam esse operationẽ, calculãdis lunæ cursibus, superiori propositione expositam, & in reliquis stellis quinq; erraticis Saturno/Ioue/Marte/Venere & Mercurio longe operosiorem & fastidiosiorẽ; Quapropter hi homines scioli ne dixerim pigri, inferunt Arithmeticas supputationes fugiendas, & vt syrenas surda aure transeundas. Nec eius vulgata pythagoreorum sententia excitat, hæc, Omnia nouit qui numerare valet. Sed sola inspectione nostræ ephemeridis qđ Almanac vocant, astrologiam profitẽtur. sese prædictores & vates oĩm ferme futurarum rerum ostentant. Quo fit, ad principum consultationes accersiti, nullo scientiarum fundo muniti sed fusa, vaga/arbitraria, & cæca quadam coniectura, qualis longinqua oculorũ acies est, per interualla longa caligantium, futura portenta, res profecto horridas, melius dixerim propria deliramenta effutiunt. Hos sane homines Aul: Gel: libro 14 appellat

B æruscatores & cibum quæstumq; ex mendacijs captantes. ¶ Sed ne longius digrediamur, ad institutum nostrum propere redire statuimus. Cum igitur omĩbus omĩa facti sum⁹, Indoctis/doctis/et potissimũ astronomicæ disciplinæ amatoribus morem gerere cupientes, Digessimus tabulam vt vires tulerunt nostræ Cuius superna inscriptio est. Tabula magna Lunæ &c. In eius capite scribuntur nũeri Annorũ Christi domini, incipiẽtes in anno gratiæ 1518, finientes in anno 1579. Pro quouis anno incerta est tabula propria, habẽs in fronte nomina duodecim mensium vsualium, versus leuam apparent numeri dierũ mensium rubro scripti. In arca tabulæ iacent numeri veri loci lunæ, Iustis adiectis passim chara-

C cteribus prout cursus eius postulat. ¶ His paucis prælibatis verum locum lunæ hoc pacto cognosces: numerũ Annorum Christi domini oblatum quære in capite tabulæ magnæ, sub quo mensem, diem autem mensis propositum in linea rubra versus sinistram inuestiga, & in angulo communi mensis & diei, offerunt tibi gradus veri loci lunæ ad meridiem propositi diei qui cuius signi sint character proximo suprapositus indicat. Signorum autem characteres facile agnosces per tabellam propriam huic rei commodam.

¶ Quod si ad horam pomeridianã quamcũq; verum cursum lunę numerare decreueris: pro duabus horis pomeridianis adde gradibus ad meridiem inuentis gradum vnum/pro quattuor horis gradus duos, pro sex horis, gradus tres, & sic de reliquis, & hac formula prope verũ in locum lunæ verum ad horam optatam deduceris. ¶ Sed hoc loco suauissime lector illud meminisse iuuabit. futuris labentibus annis hanc nostram tabulam vetustescere: eandẽq; Anno gratiæ 79 supra sesquimillesimum finitum iri: & (vt ita dicam) propemodũ emorituram ac in cineres redacturam. Quod si ex emortua tabula & phoenicijs ferme cineribus, nouam in superioris tabulæ formam, toti europæ celebrem, suscitare optaueris In primis ordinabis tabulam, cum epigrammate cõsimili nostræ tabulæ, quam in 62 partiales tabulas distribues. In capite primę scribes numerũ Annorũ christi 1580, In capite scdę, 1581. Tertię 1582 Et sic deinceps vsq; in numerũ Annorum christi 1641. Sub his nũeris digeres duodecim mẽsiũ noĩa. Et ĩ latere leuo nũeros dierum mensium: hæc oĩa si oculis tuis vetustam obieceris tabulam: facillimã habebunt digeriem. Deinde pro quinq; primis diebus primæ tabulæ exarandæ hoc est, pro quinq; primis diebus Ianuarij Anni 1580 veros motus lunares hic adnotatos in arcam recentis tabulæ cõdendæ inscribes scz pro primo die Ianuarij 14 Gra; ♋: Pro secundo: 26 gradus eiusdẽ & sic de reliquis. Pro motu aũt vero sextę diei Ianuarij excerpẽdo: ingredieris primã nostrã tabulam Annorũ Christi 1518. cum primo die Ianuarij: & 8 gradibus ♍ illic offensis: adiunges 5 Et colliges 13 gradus quos exarabis pro sexta die tabulæ contexendæ, seruato charactere ♍ superiori diei inscripto. Pro septima die tabulæ condendæ intrabis cum secunda die Ianuarij: tabulæ vetustę: & 21 gradibꝰ ibidẽ reptis, adijcies 5 & congregabis 26 gradus ♍, quos septimæ diei inseres retento ♍ signo. Item pro octauo die Ianuarij: introibis cum tertia die tabulæ veteris, & 4 gradibus ♎ illic repertis appones 5 & exurgent 9 gradus tertiæ diei modernæ tabulæ inserendi cum charactere ♎. Pariformiter per continuam additionem 5 graduum, gradibꝰ dierum vetustæ tabulæ nouam renasci videbis.

¶ Quantis tandem vsibus: veri cursus lunæ cognitio adaptari seu accommodari possit: partim ex superioribus intelleximus: & partim dilucidius tamẽ ex subditis accipiemus.

D E F

Anno gratie 1580 bisextili

Dies mẽsis	Ianuarius	Februarius	Martius	Aprilis	Maius	Iunius	Et cetera
	G	G	G	G	G	G	G
1	♋ 14						
2	26						
3	♌ 8						
4	20						
5	♍ 2						
6 &c.	13 &c						

De Naturis et Qualitatibus duodecim Signorum zodiaci. Propositio Vndecima.

NAturas ac qualitates signorũ zodiaci vtiliter enũciare. ¶ Lunę vires eiusq; dñm in sanguis deiectione/pharmacorum & aliarum medicinarũ præparatione/applicatione ac sumptione/In Criticis/hoc est/decretorijs diebus/morborum in bonum vel malum mutationibus vehementibus, aeris mutatione/fructuum aromatum/herbarum collectione radicum e terra extractione/lactu seminum/arborum plantatione/hortorum irrigatione/ Auri/argenti ac reliquorũ metallorũ exustiõe & purificatiõe/ac rebꝰ alijs ꝑpemodũ innũeris inchoãdis & A

perficiendis facile comperimus. Quocirca Ptolemeus recte asserit Lunam mutatione manifesta corpora mutare. Et hermes in Aphorismis egregie dixit a luna initiũ omnis rei accipitur Et idem de speculo & luce. Detrimẽtum corporis lunæ
B Detrimentum est totius naturæ. ¶ Noscendum est etiã ꝙ lunæ influxus cum cœlestia signa peragrat mirum inmodum diuersificatur: aliis, aliisq; afflatib⁹ hæc sub cœlestia afficiens. quare nisi eius cursum per signiferum recte aduertamus: cuius vires & influxus profecto ignoramus & in errores ꝓlabimur plurimos. Quo fit vt iudiciarias sententias depromentes: ne dixerim ineptias nostras, precones sumus propriȩ nostræ cecitatis, stoliditatisq;. Quare operepreciũ censemus duodecim signorum naturas ac qualitates in hunc adnectere modum
C ♈ ¶ Aries igitur caput signiferi possidẽs, natura calidus, & siccus, Ignitus, masculinus, Diurnus, Cholericus, mobilis, sapore amarus, Orientalis, Equinoctialis Regalis, ex hũano corpore totum hominis caput sibi vendicans, Virtus nanq; terreni Arietis magis viget in capite ꝙ in alia eius parte. Venarum incisioni apt⁹ pro omni parte humani corporis, demptis venis capitis, omni etiam capitis curationi contradicit. Luna etiam per Arietem decurrente virtutem attractiuã maxime roborabis. Medicinas quoq; in gargarismo, vomitu ac suffumigio exercebis. Introitus quoq; hypocausti hoc est vaporarii, & vnguium præfectio multũ
D ♉ cõmendantur. ¶ Secundo loco sequitur Taurus, siccus, & frigidus, terreus, Fœmineus, Nocturnus, melancholicus, fixus, acetosus, meridianus, hominis collum, guttur, ceruicem vsq; ad humeros possidens, Nam maior virtus collo terreni Tauri in est. fundendo sanguini inutilis, plantarũ, arborumq; plantationibus atq; seminũ iactu cõmodus, eo ꝙ celerius crescunt. Luna em̃ in eo signo exaltatur. Retentiuam virtutem adiuuare, gargarisare, antiquos morbos curare, ventris fluxum restringere & pueros a nutricis lacte remouere Luna per Taurũ
E ♊ eunte nõ erit inutile. ¶ Gemini Tauro succedentes, humidi, calidi, aerii, masculini, diurni, sanguinei cõmunes, dulces, occidentales, habentes in potestate humeros, Brachia, & Manus, Homo nanq; ab humeris per brachia geminatur versus manus, secandis venis inutiles. Naturam digestiuam Luna per Geminos defluente confortare per triferam & similes medicinas confortatiuas, aurum &
F ♋ argentum purare: caput abluere cõmendantur. ¶ Cancer quarto subsequitur loco Frigidus & Humidus, Aqueus, Phlegmaticus, Solsticialis æstiuus, Fœmininus, Nocturnus, mobilis, septentrionarius, salsus. In humano corpore pect⁹ Os stomachi & pulmonem vsq; prope diaphragma possidens. Terrestris enim cancer asseritur habere pectus latum & robustum. Mediocris in sanguinis deiectione. Delectus pharmacis in electuario sumendis, ingressui balnearum vt la-
G ♌ uemur, seminationi, vnguium præcisioni. ¶ Leo recto sequitur ordine, Calidus & siccus, igneus, cholericus, regalis, fixus, masculinus, diurn⁹, amarus, orientalis, habẽs in tutela stomachum, Dorsum, Latera, Cor, & inferiorem partẽ pectoris, in qua parte terrestris Leo multum viget. periculosus sanguini emittẽdo. Vtiliter virtus attractiua quia Igneus est roboratur. ¶ Virginis signum
H ♍ Leonem comitatur. Siccũ/ & Frigidum/ Terreũ/ Melancholicũ/ cõmune/ fœmininum/ nocturnum/ acre aut acetosum/ meridianum/ Vẽtrem/ Vmbilicum & intestina seu ilia atq; fundum stomachi vendicans. varium potius nociuũ venæ secãdæ. ad vmbilicum autem virginis virtus descendit. Teste diuo Gregorio in lucam inquiente. Quia viris luxuria in lumbis sit: fœminis in vmbilico testatur dominus &c. Luna per eandem decurrente virtutem retentiuam iuuamus. terram exercemus. Aurum & Argentum igne purificamus. Pueros ablactamus.
I ♎ & vngues præsecamus. ¶ Libra septimum tenet locum, Humida & Calida, Aerea, Sanguinea, æquinoctialis, Mobilis, Masculina, Diurna, Ocidentalis, Dulcis, Habet in potestate Lumbos, Renes, Nates inferioremq; partem

ventris vsq; ad superiora femorum aut anchatum. Circa has enim partes homo ferme incipit librari: quem anche facte sunt fere ad modu libre Quare dictum est, Hinc libertus homo, sic incipit esse bifurcus. Libraq; auspicium nominis inde trahit. Huius prima medietas vtilis est sanguini minuendo. Eunte luna per libra digestiua virt' roborat. Clysteria, medicinaru gnalitas, balnearu introit', seminu iact', hortoru cultus, arboru plantationes, & vnguiu resectio multu comedant.

¶ Scorpius Libram sequitur, frigidus & humidus, aqueus, phlegmaticus, fixus, fœmininus, nocturnus, septetrionalis, salsus. Gubernat iguina, pectine, putenda, femur, & vesica. De quo metrice legimus Scorpius a cauda, semet sti-mulante leuata. Pectinis & veneris singula membra regit. Vene incidedæ (vt no nulli asserunt) indifferens. Vltima eius ferme medietas pharmacis in potionib' sumendis aptatur. Clysterio aluus egrotantiu purgatur. sternutationes & suffu-migia laudantur. ac crines præsecantur. ¶ Nono loco Sagittarius adest, calid' & siccus, Igneus, Cholericus, comunis, masculinus, diurnus, amarus, orienta-lis, regalis. ex humano corpore femora: coxas possidens, venæ incidendæ vtilis. Est aut signu bicorporeu: cui' superior pars hominis, inferior equi forma recipit Ob pluralitatem igitur coxarum in effigie equina sagittarij repertarum, eidem in humano corpore coxæ, & earu ægritudines adscributur. Quare dicitur. Femo-ribusq; potes fluxas ministrat equus. fluxas adde, sagittas. Luna sagittarium te-nente, virtute attractiua iuuamus. Vaporaria subimus. Corporibus vulnera in-cidimus. Auru atq; argentu sæpius igne candidatum & exustu obrisum facimus

¶ Capricorno comitanti, sicco & frigido, terreo, melancholico, solsticiali hi-berno, mobili, fœminino, nocturno, acri seu acetoso, meridiano, genua subdu-tur. Quare legimus. Nititur ex genibus pascens in ripa capella. Inutili ad sangui-nis minutionem, comodo insitionibus, plantationibus & agriculturis, confor tationi virtutis retentiue, & lactentiu pueroru ablactationi. ¶ Vndecimo loco succedit Aquarius, humidus & calidus, aereus, sanguineus, masculinus, Diur-nus, Fixus, sapore dulcis, vigens in occidente. Cruribus & tibijs a genibus a ta-los vsq; præsidens, metrice enim sic canitur. Cruraq; vasoru loga ducentia for-mam. Vir quasi fusor aquæ frigiditate notat. Indifferens aut vt alijs placet vtilis venæ secandæ. Roborat virtute digestiua trifera & alijs eiusmodi confortatiuis adhibitis. Confert etiam vniuersitati medicaminum: & crinibus resecandis, atq; plantationibus arborum & vinearum. ¶ Demum lenti sequuntur Pisces fri-gidi & humidi, aquei, phlegmatici, Comunes, fœminini, nocturni, salsi, septe-trionarij. Pedes in tutela habentes, de quibus legitur. Copactos simul quasi spi-nis ossibus ipsos, Fortuna facit piscibus esse pedes. Mediocres sanguini extra-hendo, euacuationibus cum pilulis comodi Laudatur deinde introitus balnea-rum crinium abscisio, corporum vulneratio, seminu iactus, arborum plantatio atq; auri & argenti per igne sæpius repetita purificatio aut exustio. ¶ Explica-uimus satis superq; signoru naturas & qualitates, & humani corporis membra ipsis attributa. Vt autem quas hominis pertes singula vindicent signa firmius memorie inhæreat: Versus Marci Manily (Li. 2. c. 12) meo iudicio venustissimos subscripsi. Accipe diuisas hois p sydera ptis, Singulaq; in pprijs parentia signa figuris, In quis præcipuas toto de corpore vires Exercet. aries caput est ante oia princeps sortitur, censusq; sui pulcherrrima colla Taurus, & in gemini æquali brachia sorte. Scribuntur connexa humeris, pectusq; locatum Sub cancro est. Lateru regnu, scapulæq; Leonis. Virginis in proprium descendunt ilia sortem. Libra regit clunis, & Scorpius inguine gaudet. Centauro femora accedunt. Ca-pricornus vtriusq;. Imperat in genibus, crurum fundentis aquari Arbitrium est Piscesq; pedum sibi iura reposcunt. ¶ Ad idem lege Iulium Firmicum Li-bro secundo capite vigesimoseptimo.

♏ K
♐ L
♑ M
♒ N
♓ O
P

De Temporibus venarũ incisioni vtilibus Propositio Duodecima.

A Tempora venarum incisioni apta eligere. ¶ Priusq̃ ingrediar hui⁹ ꝓpositiõis tractatũ, pauca quædam p̃notanda sunt. Est igitur electio astrologica, aptatio signorũ & stellarũ in fortitudine ad aliquã horam alicuius rei incipiendæ aut vitandæ. Homo em̃ natus est vt cogitet & eligat: bestiæ vt festinẽt & præcipitantur ac incõsiderate agãt. Quemadmodũ sapientis officiũ est humanarum diuinarũq; rerum cognitio: Ita prudentis est bonarũ malarũmq; rerum distinctio: apud quẽ nihil est subitũ: sed totũ ante prospectũ. Nam sicut passim certa corpora, eorũq; formas certis & locis & temporib⁹ coalescere & cõseruari videmus: sic & ꝓprias quasdã actiones ex proprijs quibusdam tp̃ibus efficatiam nancisci. Quapropter pythagorei ip̃m bonũ, ꝑfectionẽq; rerũ opportunitatẽ cognominauere. Primũ nanq; principiũ sic apud Pythagoram & Platonẽ oĩum est mensura: vt alijs corporibus actionibusq; alia loca discribuerit atq; tempora. Vnde sicuti res quædã non alibi q̃ hic, nec alias q̃ tunc ꝓprie nascuntur fœliciter, & coalescunt & seruãtur: sic & materialis actio, motus, euentus talis vel talis, non alias efficatiã sortĩt effectumq; ꝑfectũ, q̃ quando cœlestiũ concordantia aut cõsimilitudo ad idẽ vndiq; consonat. Quæ sane concordantia talẽ habere potestatẽ affirmatur: vt non solum vinitorum, agricolarumq; laboribus, sed etiam medicorũ artificijs ferme innumeris per herbas aromataq; cõflatis virtutem sæpe mirificã largiatur. Quod vero ad horas pro actionibus & operibus eligendis refertur a Ptolemęo Phelu: plurimũ confirmatur vbi ait in Centiloquio verbo sc̃d'o. Quando elector eligit melius: nõ erit differentia aliqua inter ipsum & eum qui habet hoc ex natura. In quibus verbis tum cœlestiũ, tum libri arbitrij, electionisq; nostrę potestatẽ cõfirmare videtur. Albertus q̃ʒ magnus, Sueuus in speculo suo inquit. Non em̃ libertas arbitrij ex electione horę laudabilis coercetur: sed potius in magnarũ rerũ inceptionibus electionẽ horæ contemnere est arbitrij præcipitatio non libertas.

B ¶ Deinceps prænoscendũ est. ꝙ cuilibet animanti sua tribuit natura: vt corpus suum & vitam tueatur salubria perquirendo, contrariaq; vitando. Vt in plerisq; etiam brutis facile comperimus, quę ꝑniciem, mortẽ ac nocitura vitare moliũt̃ Quid hominẽ facere par est: diuino munere supra cætera aĩalia ratione & intelligẽtia donatũ? Et cui altissimus de terra creauit medicinas & vir prudens eas non abhorrebit: quibus sane incolumibus incolumitas conseruatur: & amissa fœliciter recuperatur.

C ¶ Verum in his rebus quibus incolumitas aut conseruatur aut recuperatur: geminũ tp̃s nobis pensitandum occurrit: Vnum necessitatis, reliquũ electionis. Sed vt ad nostrũ tractatũ propius accedamus: de vno duntaxat qd' exemplo sufficiet disputabim⁹. In sanguinis quippe deiectione siue phlebotomia. Necessitatis tempus est: cum morbus quẽ mox petit & impellit sanguis minutionẽ: vt in pestilitate, Squinantia, Pleuresi, Frenesi, Apoplexia, & id gen⁹ morbis: In quibus electũ expectare tempus periculosum est: eo ꝙ citissime interimunt. Necessitas nanq; legem non habet: sed ipsa sibi legam facit. c remissionẽ i q i. Et necessitas legi nõ subiacet. c Consiliũ, de obserua: Ieiun: Et qd' nõ est licitum in lege: necessitas facit licitum. c Quod non est. De Re: Iu: Corollarium Tẽpus legis, vrgens necessitas nõ recipit: quare om̃i tempore, om̃i hora, & inter diu & nocta vena inciditur.

D ¶ Tempus deinde phlebotomiæ electum, tribus (vt recepti ꝓhibent authores) cõsiderationibus absoluitur. Quarum prima est ex

considerat͂u temporis solaris: Solem em̄ in sanguine emittendo expertissimi me
dici obseruari præcipiunt. Eligētes tempus anni magis ad temperamentū decli-
nans, qđ asserunt a medio Ferme veris ad principiū æstatis. Testis est Auerrois
septimo Colliget. qui sic scriptū reliquit. Tempus conueniens phlebotomiæ est
ver. Et tempus æstatis prohibet phlebotomiā propter debilitatem virtutis in illo
tempore, & resolutionē spirituum. Verum si requirat natura ægritudinis: facias
eam sed in parua quantitate. Tempus vero hyemis prohibet phlebotomiā: pro-
pter coagulationē sanguinis: & grossiciem quam habet in isto tempore. Temp⁹
aūt autūni qđ est propinquū æstati in sua temperantia siccitatis, & caliditatis, nō
est couenies ,ppter siccitatē ipsius, et ,ppter turbationē vētoꝝ, & ,ppter debilitatē
opationū, & ,ppter tempus calidum qđ præcessit. Non priuatur phlebotomia
omnino scilicet quando natura ægritudinis requirit: sed minuendum est de quā
titate. Hæc Auer: Sunt tñ qui autumno vt tempori verno phlebotomiam admit-
tunt. Qđ intelligi potest: quando autumnus siccitate & intemperamento nō ex-
cedit. Auerroi adstipulatur Hipocrates parti: 6 Aphori: 47. & Galenus cōmenta
tor quos lege. Ex his non obscure infertur tempore calidissimo & frigidissimo
phlebotomias esse vitādas. ¶ De hora diei ex motu solis delecta, scribit Aui: E
Quarta primi c 20 Inquiens, Scito præterea ꝙ phlebotomia duas habet horas,
scilicet horam electionis, & horā necessariam. hora eius electa est: quæ est in lu-
mine diei, & post digestionis complementū, & superfluitatū expulsionē. Hora
vero necessaria est hora qua fieri oportet. his verbis Auicenna aperit nobis horā
electam, tribus circumstantijs. Prima ꝙ fiat in lūine diei, quia tūc sanguis versus
exteriora mouetur: Vnde facile per phlebotomiā extrahitur: & etiam vena clari⁹
phlebotomatori apparet. Sole nanq̧ oriente aer tenuatur & claret: Inde fit ꝙ aer
qui corpus intrat ad loca sanguinis educti serenus & subtilis est: vnde animū ex
hilarat. Secunda est: ꝙ fiat post digestionis complementum: ne cibus indigestus
trahatur ad venas loco sanguinis educti. Tertia est ꝙ incidatur vena post expul-
sionē superfluitatū: ne venæ inanitę sugant ab his aliquod sordidū, & ne feces ex
succi oē nimia suæ succositatis indurent quasi lapides & vix post expelli possint.
Auicennæ adstipulatur Rasis septimo Almansoris. & Galienus libro primo de
phlebo: quos lege. ¶ Secundam in phlebotomia cōsiderationē accipimus ex F
quinq̧ stellis erraticis Saturno, Ioue, Marte, Venere, & Mercurio. Iupiter quip
pe & venus aeris qualitates temperant. Vnde sanitas conseruatur & amissa recu-
patur. Saturnus vero & Mars vel per frigiditatem vel calorem in aeris qualitatib⁹
in dispositionē generant: vnde sanitas periclitatur & morbus introducitur. Qua
propter Hipocrates eleganter dixit Aphori: primo tertiæ, mutationes tempoꝝ
maxime, generant morbos. Et idem Aphori: quinto eiusdem. In tpibus quando
eadem die aliquando quidem æstus, aliquando vero frigus, autumnales ægritu-
dines expectare oportet. Et idem cōplura de temporis variatione nōtatu digna
vsq̧ in 24 fere aphori: scripta reliquit. Quāobrem non solum solis natura & virt⁹
quæ quattuor anni tpa mutat: sed & naturæ quinq̧ cōmemoratorū astrorū sum-
opere animaduertēdæ sunt: præcipue Saturni & Martis. Virtus em̄ Saturni, nā-
turæ hyemis, Martis vero æstatis assimilatur: Illius propter frigiditatem intēsam,
huius propter caliditatem excellentem, Vt docet Ptolemæus pte prima Quadri:
Iccirco eorum Coniunctio, Oppositio, aut quadrata radiatio, venæ incisionē &
impedit & prohibet. Sunt autem diligenda astra quæ cum humana natura in ca-
lore & humore harmoniam & proportionē habēt: Vt sunt duo erratica Iupiter
& Venus, quæ pro Astrologorum doctrina in principijs rerū, maxime phlebo
tomiæ diligenter obseruari præcipiuntur. Quibus omibus Mercurij astrū pro-
pter eius cōuertibilem naturam sese commiscet atq̧ coaptat. In sanguinis igitur
emissione sextilem & trinū aspectum Iouis & Veneris vtiliter obseruamus: neq̧
eorum Coniunctionē, quadraturā aut Oppositionē abhorremus. De memora-

tis temporum obseruationibus, summatim dicendum est. Tempus serenū & tē-
poratum phlebotomiā promouere: nebulosum & distemperatum impedire.
G ¶ Tertia tpis consideratio ex lunæ dominio cōcluditur: qđ ternis obseruationi-
bus doctissimi Astrologi absoluunt. Quarū prima versatur circa ptes temporis
mensurni ipsius Lunæ. In præsentia per tempus mensurnū, tempus mensis men
strui accipimus. Est autem mensis menstruus, tempus, quo luna soli cōiuncta,
duodecim signa peragrans, iterū soli coniungitur: Quod ẜm luminariū cursum
mediocrem ex 29 diebus, 12 horis, & 44 ferme minutis conflatur. Hunc mensē
Xenophon in æquiuocis & alij annū menstruū appellant. quo sæpius vtuntur
Egyptij & Chaldæi. hunc mensem omnes Astrologi in quattuor ptes aut qua-
dras distribuunt. Quarum duæ prime sunt in augmento aut cremento lunæ, re-
liquæ duæ in eius decremento. Prima igitur quadra initiū sumit a coitu solis &
lunæ & in septē ferme dies extenditur. vsitato quadratura prima appellata, calida
& humida (vt supra ꝓpositiōe nona cōmemorauimus) assimilis veri. Cōplexio-
niqꝫ sanguineę. Secunda incipit a septimo die iam memorato, & extendit se in 14
fere diem, hoc est in Oppositionē mediam Solis & Lunæ, calida & sicca, assimi-
laturqꝫ æstati, ac Complexioni Cholericæ. Tertia inchoata 14 die. id est: opposi-
tione & extenditur in 22 ꝓpemodum diem a coitu supputando, & nominatur
Quadratura secunda/frigida & sicca, cōformis autūno, & melancholiæ. Quar-
ta tandem quadra initiū habet in 22 die, & durat in finem mensis menstrui, hoc
est: in coitū solis & lunæ sequentem, frigida & humida, Cōparatur hyemi & cō-
H plexioni phlegmaticæ. ¶ Si igitur has quattuor quadras ad hominū comple-
xiones contulerimus: sanguineos: in prima quadra, id est: a coniunctione lumi
nariā vsqꝫ in primā quadraturā Phlebotomam⁹. In secunda quadra hoc est in pri
ma quadratura in luminarium Oppositionē, Cholericos In tertia, id est: ab op-
positionē in secundā quadraturā. Melancholicos. Et demū a secunda quadratu-
ra in subsequētem cōiunctionē, phlegmaticos. ¶ Si aūt cōparauerimus qua-
I dras lunæ. hominū ætatibus: tunc phlebotomando ẜm naturam ætatū hominū
sequimur opus naturæ. Iuuenes ergo siue adolescentes. qui habent annos 15 vel
circiter in prima quadra phlebotomari debent. Magis adulti & mediocres, hoc ē
Iuuenes & viriles, habentes annos 23 aut circiter in quadra secūda: Senes deinde
& adhuc viriles agentes annū 42 vel circiter in tertia. Tandem cæteri Senes habē
tes annos 57 vel circiter in quadra quarta. Vnde metrice dicimus. Luna vetus vę
K teres, iuuenes noua luna requirit. ¶ Secunda consideratio phlebotomiæ, ver-
satur circa tēpus quo luna per duodena zodiaci signa graditur. Quærentes nāqꝫ
tempora venarum incisioni opportuna, in primis cœlestia signa accurate obser-
uare præcipimur. Quia Luna plurimū potestatis in ea re (quēadmodū prædixi-
mus) habere asseritur: ẜm qđ in alio & alio signo inuenta fuerit. Naturas autem
& qualitates signorum in superioribus satis & abunde docuimus: Hic summa-
L gia quædam ex cōmemoratis aperire libuit. ¶ Ptolemæo igitur phelu: primo
Quadrip: eius cōmētatore, & alijs astrologis docētibus, Zodiaci signa quattu-
or habent differentias aut dimensiones: sunt eñ quædam Ignea non natura sed
effectu, vt Aries, Leo, Sagittarius: Quædam aeria, Gemini, Libra, Aquarius.
Non nulla aquea, Cancer, Scorpio, Pisces: Demū terrea, Taurus, Virgo & Ca-
pricornus. Signa ignea. Aries, Leo Sagittarius in sanguinis emissione cōmoda
sunt phlegmaticis, ẜm vulgatum principiū artis curatiuę Contraria cōtrarijs cu-
rari debere: Quod est principis medicinæ Auicennæ quarta primi capite primo
vbi inquit Egritudo suo medicatur contrario. Vnde manifeste infertur: Ignea si-
gna in sanguine minuendo phlegmaticis maxime prodesse. Leonē tamen minu-
endo sanguini periculosum perhibent. Nam Leo cor recipit: a quo oēs venæ
oriuntur & ad id tendunt: cōsequens est si aliqua corporis vena incideretur: cor
lædi. Luna eñ per signū quodpiam decurrente, non attingi debet pars corporis

eidem signo alligata, ppter humoris augmentatione. si igitur vena Luna per Leonem eunte incideretur: humiditas cordis augmetaretur & eiusde ex cosequutioe suffocatio. ¶ Aerea præterea signa Gemini, Libra, Aquarius, tēperata, scꝫ calida & humida, præcipue Melancholicis accomodantur. Remouentur Gemini ex gemina causa: quarū vna autumāt esse galaxiam, id est viam lacteam, plurimis stellis de natura martis (vt aiunt) refertā / Quapropter lunā per locum galaxię decurrentem infœlicem censent: & sanguinis deiectione inutilem. Verū nostrate, pestate galaxia vltimos propemodū quinqꝫ gradus occupat. Alteram assignant: ꝙ crebro sanguine de manibus & brachijs elicimus In Geminorū tutela positis, quare ſm vulgatū Aphorismū, tangere membrū ferro Luna in signo illius mēbri existente verendū. Id Almansor Aphoris: 14 approbat. Nō erit bona minutio luna in geminis: sicut nec erit conueniens vti ventosis Luna in Tauro. Vltima pte rea medietas Librę aut melius vltima pars libræ a phlebotomia remouetur. Non vt quidam garriunt propter viam lacteam eam ptem cōburentem cum per librā minime vergat. Sed quia luna in extrema libræ pte posita deijcitur & casui appropinquat. Impeditur igitur & infortunatur: quare astrologi secundam fere libræ medietatem a sanguinis minutione repulerunt. ¶ Aquea deinde signa, Cancer, Scorpio, Pisces, Cholericis adscribuntur. In quibus prout ex ratione signorum decerni conceditur: mediocris aut indifferens phlebotomia indicitur. Vitatur tamen prima ferme Scorpiōis medietas ob Lunæ in ea deiectionē aut casum quemadmodū Iam supra cōmemorauim⁹. Postrema tamē eius medietas fere ab omnibus minuendo sanguini indifferens asseritur. ¶ Demū terrea signa Taurus, Virgo, Capricornus, inutilia & periculosa venarū incisioni existunt, imitātur em̄ naturam Saturni frigidi & sicci, Frigidi aūt est constringere, cōdensare, & coagulare, quæ humorum resolutioni aduersantur. Quare haud indigne sapientes medici & astrologi, signa terrea a pharmacia & phlebotomia abiecerunt. Sanguineis (ne eius silentio transeam) in omni signo electo aut indifferenti venæ vtiliter inciduntur. ¶ Hic generaliter verbum vtile Ptolemęi adijcere decreuim⁹: scriptum in eius Centiloquio verbo 20 De vulneratione, luna existente in signo illius membri, hoc Tangere membrū ferro Luna in signo illius membri verendum. Vbi commentator sic scribit. Iam cōuenerunt antiqui: ꝙ luna auget humiditatem in oīni membro ad cuius signū mutatur. Et tangere membra ferro, est illa vulnerare: & addere vulneri humiditatem: multiplicat nocumentū. ¶ Tertia cōsideratio phlebotomię est circa aspectus planetarū. Tempus nanqꝫ phlebotomię promouetur aut impeditur ex vario aspectu planetarū præcipue ad lunā. In præsentia aspectum largo sumimus vocabulo, vt Cōiunctionē aut coitu admittat Cuius talis est character ☌ Aspectus aūt sextilis aut hexagonus, distātia est stellarum, sextam signiferi partem contines, hoc est 60 gradus, qui duo signa metiūtur. & dicitur fœlix, mediocris tamē & latentis amicitiæ. Figuratur ad modū stellæ sic ✶. Aspectus Quartus, Quadratus, aut Tetragonus, quartam signiferi portionē vendicat: hoc est, 90 gradus, tria signa constituentes, infœlix malign⁹ / Imperfecti odij & inimicitiæ, Cuius character q̄drati plani figurā talem optinet □ Aspectus trinus aut trigonus, tertiam partē circuli possidet: 120 gradus, quattuor signa perficientes, fœlix, prosper, perfectę atqꝫ completę amicitiæ. Cuius figura talis △ trigono æquilatero assimilis est. Tandem aspectus oppositus siue diameter distātiam medietatis circuli cōplectitur id est, 180 gradus hoc est sex signa cōpleta, Infœlix malign⁹, & pfectę inimicitię, in hūc figuratur modū ☍. ¶ Ad Cōiunctionē quā largo vocabulo aspectū appellitauim⁹ redeuntes, Cōtuendū In planetarꝝ, aut vt gn̄aliter dicatur stellarū cōiunctione siue coitu, radij maxime ppter vnionē cōdensantur, Quare haud indigne eandē dicimus maioris esse virtutis, ac fortioris vigoris ꝙ sunt alij aspectus. hoc Hermes verbo septimo testat: cum inquit: Aspectus non potest diminuere significationē coniunctionis: Coniunctio vero minuit significationē aspectus nā fortior est aspectu. ¶ Subinde

contuendum, bonitatem & maliciam coniunctionis ex radijs cõiunctorũ depẽ dere: hic autem effectus gemino modo dependet. Vno quidẽ ex bonitate & malicia radiorũ vel stellarũ. Et hoc pacto asserimus fortunarũ cõiunctionẽ vt Iouis & Veneris bonã, Infortunarũ vt Saturni & Martis malam, fortunarũ fortiorũ in circulo cum in fortunis debilioribus bonã etsi remisse, Infortunarũ fortiorũ cũ fortunis debilioribus malam. Alio vero modo ratione disproportionis agentis cum patiente, vt in solis coniunctione cũ alijs stellis accidit: & hoc propter earũ dem combustionẽ. Id Iulius Fir: Libro secundo Matheseos confirmat, Inquiens In summa tamen dicendũ videtur: ꝙ omibus stellis noceat vicinitas solis. Quo fit ꝙ in obseruatione tẽporis, etiam quo vitamus & abhorremus phlebotomias productius est tempus cõiunctionis Lunæ cum sole aut maleuolis planetis ꝙ̃ aliorum aspectuũ, & hoc (vt cõmemorauimus) propter radiorũ vnionẽ & cõmixtionẽ. Item longiore tẽpore vitamus coitum solis cũ luna, ꝙ̃ lunę cum infortu-
T nis, & hoc lunæ propter cõbustionẽ cum soli iungitur. ¶ Prisci non nulli scriptũ reliquere: In solis & lunæ conuentu, tres dies ante & tres dies post, electiões esse vitandas, Nam lunã eo tempore infirmã atq; debilem phœbeis radijs cõbustam autumarũt. Verum si diligentius rimari volueris: inuenies vnius diei & triũ propemodum horarũ tempus ante coitum, & tantũ post electiones fugiendas, supposito ꝙ diurnus lunæ cursus 13 vendicet gradus in signifero. Astrologi enĩ non pœnitendi asserunt: orbem radiorũ solis hoc est diametrũ cõtinere 15 grad⁹ Lunæ vero 12, Cum igitur orbis radiorum lunę attigerit orbem radiorum solis: centrũ corporis solaris a cẽtro lunæ 13 gradibus & semisse distare inuenies: quos si duplaueris colliges septem & viginti horas: hoc est diem vnũ & tres horas. Qđ ex semidiametris orbiũ sic ostenditur. Nam cũ diameter orbis radiorũ solis sit 15 graduũ: semidiameter eius erit 7. graduum & semis. Et diameter radiorũ lunæ sit 12 erit semidiameter 6 graduum, Iunctis semidiametris cõflabis 13 gradus & semissem, q̃s luna in 27 horis permeat: dando cuilibet gradui duas horas, qđ prope verũ accipiendũ est. Hoc igitur tempore luna propter radios solares dicitur cõbusta & apprime impedita & infortunata, Quocirca neoterici astrologi duos dies ante & post interluniũ phlebotomiam & medicorũ operationes vetãt. Quæ tandem conuentiones lunæ cũ planetis sanguinis missionẽ promoueant aut im-
V pediant infra in generali omniũ aspectuum summario lucide accipies. ¶ Post ꝯiunctionẽ inť aspectus aut radiatiões Oppositio aut Diametra radiatio fortior alijs est animaduersa. Et propter eius fortitudinẽ plures cõtendũt oppositionem deteriorem esse coitu Testis est Haly aben: Libro 8 capite 6 Inquiens, Scito ꝙ oppositio Saturni & Martis deterior est eorũ cõiunctione, & deteriores & falsiores significationes demonstrat hæc Haly. Sequentes igitur doctrinam Albumasaris in suo introductorio de stellarum fortitudine & debilitate, dicentis, Luna circa oppositionẽ ei⁹ & solis, cũ fuerit infra 12 grad⁹, a sole impedita & corrupta dicił Nos in oppositione solis & lunæ electiones in rebus medicis spernim⁹ atq; horremus: 12 gradus ante & post, hoc est vnum diem ante & vnum post. Idem obseruamus in oppositione ipsius lunæ cum Saturno & Marte sed de his plenius
X in summario. ¶ Quartus deinceps aspectus lunæ ad planetas imperfectior & debilior cõiunctione reperitus: Quocirca tempus quo idem vocatur: minus est & 12 horis ante & post completur. Hoc sane ostendit ipsius lunæ applicatio & separatio que extenditur in sex gradus, facientes in transitu lunæ horas 12. sex nãq; gradus semidiameter lunæ habet vt ex superiobus accepimus: Quapropter memoratus aspectus, sex gradus ante & totidem post, hoc est, 12 horas ante & post vitari debet. Quod intelligendum est: de aspectu quarto lunæ ad solem, Saturnum & Martem. Non tamen vitamus Teste Almansore Quartũ lunæ cum fortunis. ¶ Aspectus præterea sextiles & trinos Lunæ cum infortunis propter radiorum amicitiam & fœlicitatem, coitu, oppositione & quarto debiliores non

vitamus. Docet almāsor Aphoris:8 cū inq̄t. Nō pdest aspectus trinus et aspect⁹ infortunarum, sic non obest quartus & oppositus fortunarum. ¶Postmo dum non nulli contendunt astrologi, Lunam fugiendam cum capiti sui draconis & caudę iuncta fuerit: statuentes terminū 12 graduū ante & post, hoc est vnū diem ante & vnum post: Luna nanq̄ per tot gradus gradiēs deliquio sæpius periclitatur atq̄ debilitatur. Sunt autem alij asserentes Lunam circa caput sui draconis quia ad nos & in septentrionem vergit haud quaq̄ vitandam, Circa caudā vero eius quia a nobis in Austrum descendit: propemodum impeditam vitari. Y

¶Decurrit non nunq̄ Luna per signa phlebotomiæ delecta: & tamen proptē impedimentum phlebotomiam tanq̄ infaustam & inutilem fugimus. Idem in medicinis conficiendis atq̄ donandis intelligi voluimus. Paucula igitur de Lunæ impedimentis, aut (vt aiunt) infortunationibus in calce huius capitis adiungere decreuimus. ¶Impedimentum igitur primū est ipsius Lunæ combu bustio quæ fit cum Luna ad solis coitum accedit aut ab eodē recedit, de hoc quidem impedimento supra cum de combustione diximus satis disseruimus. Z

¶Impedimentum secundum, quando Luna est in coitu cū sole, quadratura aut Oppositione eiusdem, Et qđ alijs impedimentis est peius: cum Luna in oppositione deliquio afficitur, Adhortamur igitur medicos: vt non solum Lunam per diametram eius radiationem ad solem impediri animaduertant: sed tunc maxime quando eclypsim patitur. ¶Tertium, quando Luna in fortunatur iuncta corpore, aut quarto aut opposito aspectu cum infortunis Saturno aut Marte. Consydera hic optime medicę Q̄ꝫ si in infirmitate quapiam calida, Luna in suo fuerit cremento, qđ calorem iuuat: se marti etiam calorem donāti iunxerit: propter duplicem caloris influxum, infirmitatem (si non accurate prouideas) valde excrescre: & periculosam cēseri. Q̄ꝫ si in infirmitate Frigida, Luna fuerit in decremento suo qđ frigus suscitat. Saturno frigido se iunxerit propter geminam frigiditatem superiorum, nullo succurrente temperamento, infirmus mortis periculo vicinus est Nisi ope tua iuuetur. ¶Quartum impedimentū est lunæ deiectio aut casus quem aliqui numerant a 28 gradu Libræ in tertium Scorpij. Alij in tertio Scorpij. vt Iulius Firmi: Libro secūdo capite tertio vbi inquit. Luna exaltatur in Tauro tertia parte: in Scorpione tertia parte deijcitur. Alij totum Scorpij signū eius casui alligant: quibus non assentior. ¶Quintum impedimentum existimant cū luna intra 12 gradus cum capite aut cauda sui draconis coierit de quo supra. ¶Sextum cum reperta fuerit in finibus signorū qui sunt termini infortunarum. ¶Septimū cū Luna inuenitur cursu vacua: hoc est nulli planetarum per corpus aut aspectū iuncta, præcipue cum graditur per loca signiferi in quibus nullas habet vires aut dignitates. ¶Octauum autumant cū Luna est cursu tarda: motu diurno duodecim gradus aut pautiores perambulās, assimilantes motui planetæ retrogrado, quem appellant sapientes (vt Haly testat̄) motum saturni. ¶Nonum impedimentū, cum in diuisione duodenaria cœlestium domiciliorum, Luna inuēta fuerit: in Primo/ Sexto/ Octauo/ aut Duodecimo domicilio. In primo enim domicilio locata, dolores significat in corpore: quia vitæ est domicilium: quocirca vitatur in sanguinis missione, pharmacorum sumptione, & aliarum medicinarum donatione. In sexto spernitur quia infirmitatum est. In Octauo quia morti deputatur. In Duodecimo quia carceris est, Sunt ab astrologis alia impedimenta recitata, sed quia (me iudice) sunt exilia & parui momenti, in præsentia ea missa facio. ¶Q̄ꝫ si officio nostri Calendarij non nulla quæ in hoc capite commemorauimus superare inquiueris: consule Ephemerides nostras: & nisi me fallat opinio facile absolues. &

Summagium de sanguinis missione.

Tabella de Quadris Lune.

A A Cõiunctiõe Lũinariũ in primã q̃draturã/ Idonea Iu (uenib⁹.
Prima q̃dratura vsq; i oppõeꝫ, electa iuuẽib⁹ & virilib⁹
Ab Oppositione in secundã q̃draturam, bona virilib⁹ & senib⁹.
A secunda quadratura vsq; in coitum sequentẽ apta senibus.

¶ Tabella signorũ idoneorũ pro varijs hominũ complexionibus.

B PHlegmaticis valent Ignea signa vt { Aries / Sagittarius } Præter { Cephalicã & venas capitis. / Coxas

MElãcholicis ꝓsũt aerea signa vt { Libræ prima medietas, preter Nates. / Aquarius, preter Tibias & Crura.

CHolericis mediocrit eliguntur aq̃a signa { Cancer, præter pulmaticã & venas pectoris. / Scorpij secunda medietas, præter verenda. / Pisces, prẹter pedes aut zophenas.

¶ Sanguineis bona & mediocria signa vtilia sunt.

¶ Tabella aspectuũ sanguinis deiectionem ꝓmouentium.

COniunctio Lunæ cum { Ioue / Venere } Optima est sanguini emittendo.

SExtilis aspectus Lunæ cum { Ioue / Venere } optime conducit. { Sole } electus { Saturno / Marte } non impedit.

QVart⁹ aspect⁹ Lune cum { Ioue / Venere } bonus

TRinus aspectus. Lunæ cum { Ioue / Venere } Fœlicissimus. { Sole } electus { Saturno / Marte } non nocet.

OPpositio Lunæ cum { Ioue / Venere } bona.

¶ Coitus, Lunẹ, Sextil⁹, Quart⁹, Trin⁹, Oppositio cũ Mrecurio Vtil⁹ san: mi:

¶ Tabella aspectuũ san: minu: prohibentium.

COnniuctio Lunæ cum { Sole prohibet duos dies ante & post. / Saturno, Marte } impedit vnũ diẽ ante & post. / Capite draconis prohibet ꝓm aliquos. / Cauda draconis impedit ante & post.

QVartus lunæ cũ { Sole / Saturno / Marte } Impedit 12 horas ante & post.

OPpositio lũẹ cũ { Sole / Saturno / Marte } Impedit vnũ diem ante & post.

¶ Coniunctio, quartus, Oppositio Saturni & Martis prohibet ante & post.

Simulacrū Humani Corporis.
Dextrū lat⁹
Sinistrum latus

De Venarū dignotiōe: ⁊ in quibus morbis vnaqueq; aperiēda sit. ꝓpositio tertiadecia.

VEnas humani corporis cognosce
re: ac pro diuersis ægritudinib⁹ curādis sanguinē de ijsdē vti
A lit extrahere. ¶ Vt potissimū phlebotomatorib⁹ venæ hūa
ni corpis notiores reddātur: & qbus morbis aut ægritudini
bus sanguinē educere sit vtile: Isagogicū hoc cōmentariolu;
vtcunq; cōflatū cōportauimus: nihilomin⁹ secuti nō medio-
cres professionis medicinę viros. Haud quaq; quispiā arbi-
trari debet: in alienā segetē dominis medicis, nō nobis cōmissam, falcē missuros
cū hęc qliacunq;, ipsis limanda, corrigēdaq; offerrim⁹, multa essent recēsenda q̄
hic omissa sunt. Puta de mensura aut quātitate sanguis emittendi: quos morbos
purgatoria seu clysteria aut p̄dicere: aut sequi debeant. qua ve ægritudine secūda
tiones vtor vocabulo medicorū ħ est iteratiōes missionis sanguis, aut scarificatio
nes faciendę sint: Et id genus plura etiā arcana exptissimis dūtaxat medicis tractā
B da. ¶ Verū cū astrorū obseruatio in medendo plurimū ꝓsit: Et astrologię gna
rū esse oportere vt Pto: & reliq mathematici, & hipocras reliquiq; medici testant
Et nos in superioribus sepius testati sumus: magnā vim medicinę in hac discipli
na positā, vt nō mirandū sit vno se vinculo q̄si glutino artis cōtinere. Quocirca
ꝯmentariolū de venis cognoscēdis, & ꝓ morborꝫ diuersitate ab alijs atq; alijs ve
nis sāguinē detrahēdū efficacissimā prę se fert vtilitatē si mō hęc pro delectu astro
C logico (ambigit nemo) rite tractata atq; absoluta fuerint. ¶ Oculis igit tuis can-
didissime lector Simulacrū Humani corpis obijce a cui⁹ mēbris & venis lineæ
q̄quauersum euehunt quib⁹ nūeri insidēt Oblato igit nūero cuiuspiā venę: eun
dē in cōmentariolo inuestigato: mox e directo apparebit qb⁹ morbis hui⁹ venæ
sectio aut euacuatio obuiet & efficacē p̄beat vtilitatē, Fatemur sane plurimas ve-
nas a Priscis descriptas & vsitatas, a recētiorib⁹ hac nostra tempestate quoad san
guinis missionem absoletas ac posthabitas.

1 SAnguis missio e Ve-
na i medio frōtis cōducit
ꝯ̄a postemata oculorꝫ, he
migraniā, dolores capitis
asperrimos, mētis alienationē, phre
nesi;, recētē leprā, purgat hemorrho
idas. faciei passiōib⁹ morpheę, impe
tigini & scabiei medetur.
2 ¶ Vena in puppi capitis incisa, do-
lorē ei⁹ mitigat & cū ħ stuporē anti-
quū. Hic nosse ꝯuenit oēs venas ca-
pitis incidi debere p⁹ cōmestionē dē
pta vena sub mēto Post cōmestionē
intellige, peracta tñ prima digestiōe
3 ¶ Binarū venarꝫ i angul⁹ oclorꝫ pro
pe nasū ex vtraq; pte iusta aptio, va-
let ꝓ visu clarificādo, & ꝯ̄ oēs flux⁹
& maculas oculorꝫ, ophthalmiā, ne
bulā, albulā, rubedinē, palpebrarū
inuersionē ac alia oculorū vitia,
4 ¶ Duę tpm venę ex vtraq; pte phle-
5 botomant ꝯ̄ auriū dolores nimiā la
chrymarꝫ de ocul' emissiōem, hemi-
graneam, vehemētē capitis dolorē,
pustulas ac scabiē. Hic adhortamur
phlebotomatorē ne eas venas in vni
uersu; aperiat. Cōsultat Auicē: prin
cipē medicorꝫ Nos ori custodiā ad-
6 ¶ Sāguis de duab⁹ venis i (hibem⁹.
7 auriū cōcauitate locatis educt⁹ extin
guit tremorē capitis, tinitū auriū, no
8 ¶ Venę iuxta nares (uellā surditatē
incisę purgāt caput: & iuuāt auditū.
9 ¶ Vena in sūmitate nasi recte incisa,
medet grauedini capitis, & oculorū
nimio fluxui, et eorūdē rubedini, ꝓ-
dest cerebro & purgat mēoria;. Hęc
vena apprime delitet q̄ propt accura
te i medio duarꝫ gibbositatū nasi iue-
10 ¶ Binas i narib⁹ venas phle (stigāda
botomam⁹ ꝯ̄ capitis grauedinem.
11 ¶ Ex vena labiorū sanguinem trahi-
mus salubriter cōtra oris & gingiua
rum apostemata. Geminum legim⁹
labium, supremū & imū & de venis
vtriusq; fit phlebotomia.

12 ¶ Venę in faucibus oris minutę valent contra pustulas faciei, scabiē capitis, dolores dentiū, mandibularū et grauedinē capitis/gutturis & oris

13 ¶ Palati venæ q̄ttuor numerantur: e quibus sanguis ablatus, purgatur rheuma: & dētiū dolor extinguitur.

14 ¶ Duę venæ in occipite (si recte incidantur) conducunt cōtra capitis dolorem, maniam, stuporem mentis, atq; rationis amissionem.

15 ¶ Sanguis detractus ex venis post aures medeť memoriæ, & mūdificationi faciei a pustulis & alijs macul.

16 ¶ Duę venę sub lingua sanguinę minutę/valent cōtra anginā morbum acutissimū/quo fauces anguntur & strangulantur: nostri squinantiā vocant: dolorem dentiū/ gingiuarum/ rheuma capitis/apostema gutturis, gulę inflationem, & oīa oris vitia & spiritualiū membrorum videlicet pectoris/cordis pulmonis & arteriarum, atq; loquelę impedimentum extinguunt.

17 ¶ Vena inter labiū imū & mentū (vt medici docent) inciditur ꝯtra oris fetorem qui ex putrefactione gñatur.

18 ¶ Quę sub mento est vena secať cōtra dolores maxillarū, pruritū & fetorem narium & faciei pustulas atq; inflationē.

19 ¶ Duæ venę colli inciduntur ꝑpter hūores & rheuma capitis, & in principio lepræ. Earum nempe incisio tollit materiam cōiunctā: cuius ꝑt? sursum tendens faciem inficit.

20 ¶ Venę axillares sub vtraq; pte axillæ. transeūtes curuo modo sub brachijs minui debent: In doloribus pectoris, pulmonis / diaphragmatis ħ est septi tranuersi/Prosunt etiā his q̄ anhelitum habent difficilem & grauamen inspirationis & respiratiōis Hic aīaduerte venas brachiorū ante cōmestionē esse minuendas.

21 ¶ Vena cephalica per quā trāsit alia vena quę mus appelať: q̄ non nunq; cephalicę loco per negligentiā secta tumorē infert & pniciē/ huius incisio aufert fluxū oculoꝝ, capitis dolores morbū caducuꝫ, de q̄ plenius in subditis.

22 ¶ Mediana quæ et cordiaca quia a cordis periculis liberat, in ambob? brachijs apta, tollit stricturas & dolores pectoris & capitis pleuresim/ puncturas costarū passiōes spirituū Et censetur vniuersalis toti corpori. Appellať mō magna, mō nutrix pleniore ei? valorē ī manu sinistra hauries.

23 ¶ Basilica siue epatica dextri lateris euacuat ab epate/ quocirca inciditur contra dolores & repletiōes epatis punctiōes & trusiones dextri lateris/pleuresim / sanguinē nimiuꝫ de narib? effluentē, & dolorē gibbi, attrahit eēm hūores ab imis ad superiora, de qua etiā infra in latere leuo.

24 ¶ Sāguis de cephalica vtriusq; brachij detractus medetur repletionib? tumorib? & deffectibus capitis Effusionibus oculorū, doloribus scapularum, fluxui narium, egritudini sub furculis, & inciditur vt non nulli asserunt in pollice & brachio.

25 ¶ Vena mediana in medio brachij locata vbi non est mus, si praue incisa fuerit sanguinem emittit spissuꝫ saniem plurimam ac pessimam nutriet: & vuln? saniosum/non nunq; ad perniciem ducens/Sin autem iuste aperta fuerit: valet contra omnes dolores cordis/stomachi/costarum & laterum.

26 ¶ Basilica sinistri lateris præcipue a splene euacuat/ sita introrsus ad extremam partem brachij, quæ negligenter minuta tumescit, glandulas colligit, & erit hūor vt putredo carnium putrefactarum vel assimilis melli Vnde gñatur apostēa & spasmus in neruis & digitis. bn̄ aūt incisa extinguit dolores splenis, Iecoris punctiones lateris, pleuresim, dolores mēbroꝝ nutritiuorū, spatulaꝝ, stomachi. atq; fluxum sanguinis de naribus restringuit.

27 ¶ Vena purpurea aperitur contra passiones interiorum.

28 ¶ Vena Iliaca aut titularis scinditur pro passionibus inferiorum

29 ¶ Pulsatilis vena aperta in cardiaca passione admodum conducit.

30 ¶Sub pollice vena secta ꝓdest ocul'
& corpis excellenti calliditati resistit

31 ¶Vena inter pollicem & indicẽ in
vtraq; manu incisa/obuiat dolori &
repletioni capitis/ febribus/ fellis ef
fusioni/rubori/fluxui/nebulis/ob-
umbratiõib⁹ & pũctiõibus oculoꝝ
Inflationi linguæ & anginæ

32 ¶ Sanguis eiectus e vena inter an-
nularem & auricularem/capiti/ pul
moni & splenis dolori subuenit.

33 ¶ Sanguis de saluatella dextræ ma-
nus minimo digito incumbenti de-
trahẽdus est qñ peccat sanguis in qli
tate/vel quantitate vel in vtroq; / Mi
niuntur ergo contra icteritiam citri-
nã/repletiones capitis /& torsiones
dextri lateris sub costis. De saluatel-
la metrice sic scribitur Dat saluatella
mihi plurima dona minuta.Innatu-
ralem tollit de corde calorẽ / Purgat
epar/splenẽ/pectus/præcordia vo-
cem Huius minutio ad hunc fere fit
modũ madidet man⁹ in aqua calida
donec locus minuendus infletur &
ingrosset:ac vena manifestet:deinde
minuat:et iteꝝ aq̃ calide immergat:
ne sãguis ĩ ore venę minutę coaguletˀ
& exire ꝓhibeatur. Aduerte etiã ma
nuũ venas p⁹ cõmestionẽ minui de-
bere. Intellige vt supra exposuim⁹.

34 ¶Vena inter pollicẽ & indicem si-
nistræ manus sup̃ in vena 31 exposi
ta est.

35 ¶Ac vena inter annularẽ & auricu-
larem supra in 32 enucleata est.

36 ¶Saluatella sinistræ manus sup mi-
nimũ digitũ aperta/fugat oĩa vitia
& repletiões splenis/phrenesim/hæ
morrhoidas/torsiões sinistri lateris/
vitia renũ & matricis sc; qñ sanguis
menstruo sus minimũ fluit: & quã-
cunq; febrẽ. Hic aduerte q͂ hæ venę
quandoq; sunt nimis inflatæ quare
minus fluunt ꝓpter multitudinem
sanguinis melancholici.

37 ¶Duæ venæ laterum. Vna in De-
38 xtra incisa obuiat Idropisi / pustulis
antiquis/ægritudini frigidæ/ liente-
riæ/scilicet qñ accidit defectus dige-
stiõis. Reliqua sinistri lateris minuitˀ
contra dolores / tumores seu ingros
sationes splenis/apostemata vesicę/
& dolores lumborum.

39 ¶Vena in gibbo secta purgat melã-
choliam & confortat renes.

40 ¶Quattuor venæ sub renib⁹ exutra
q; parte pudendorum apertæ extin-
guũt hæmorrhoidas/stranguriã/ li-
enteriæ passiones / ac vitia vesicæ &
pudendorum.

41 ¶Sanguis de vena superiori priapi
missus valet ad temperamentũ to-
tius corporis

42 ¶Inferioris autem venę priapi san-
guis detractus conducit cõtra vitia
renũ tumefactiones & inflatiões te-
sticulorũ/& alia vitia vesicę ex arena
& calculo/& si q̃ alia sunt mala.

43 ¶Venæ poplitũ incisæ faciunt ho-
minẽ fortiˀ incedere.hic nosse iuuat
venas cruriũ & pedũ post cõmesti-
onẽ esse minuendas.

44 ¶Venę duę de coxis/et duę de tibijs
rite apertæ ꝓducunt contra dolores
coxarum/tibiarum/ crurium & pe-
dum/aut si morbus euenit ex uesica
arthetica/podagra/sciatica/ idropisi
medentur etiã cõtractionibus & tu-
moribus neruorũ & subtractionib⁹
menstruorum.

45 ¶Venę a ꝑtib⁹ tibiarũ descendentes
geminę sũt. Quę em̃ introrsus descẽ
dit sophena domestica appellatur in
cisa valet cõtra mẽstruorũ ablationẽ
pustulas/apostemata matricis/ vesi-
cæ dolores renũ / lumborũ/ coxarũ
vulue virgę & testiculoꝝ. Quę ꝟo
extrors⁹ descẽdit sophena siluestris
siue sciatica vocata/aperta ꝓducit sci
aticis/podragraicis/et in passionib⁹
tibiariũ & crurium.

46 ¶Venę sup̃ talos exteriores ĩ vtroq;
pede sectę valẽt ꝯ dolores ancharũ /
inflationẽ & apostemata testiculoꝝ

47 ¶Duę venę sup̃ talos interiores san
guie minutę ꝓsunt mẽstruis ꝓuocã
dis/& mulierib⁹ p⁹ ꝑtũ nõ bñ pur-
gatis/nec cõceptui aptis/fugãt passi
ones testiculoꝝ/splenis / obuiãt are
nę/calculo/& stranguriæ.

48 ¶Venę sub taˀ interiorib⁹ vtiliˀ secã
tur qñ pes est inflat⁹ & rubescit.

49 ¶Vena sub minimo digito vtriusq;
pedis incidiˀ ꝯ menstruorũ retentio-
nes/pustulas faciei & cruriũ.

50 ¶ Vena vtriusq; pedis minimo digito incũbens aperta/ medetur choleræ/paralysi/renibus/apoplexiæ.

51 ¶ Vena in vtroq; pede, in minimo articulo minimi digiti locata/aperit̃ cõtra pustulas/ophthalmiã/ tussim & pectoris compressionem.

52 ¶ Vena digiti maioris aut pollicis i vtrisq; pedib' phlebotomat̃ ꝯ menstruorũ retẽtionẽ/apostemata testiculorũ & dolores coxarũ et lũborũ.

53 ¶ Ad postremum vena minimi articuli pollicis pedis, inciditur cõtra ophthalmiam, faciei & cruriũ pustulas/pruritũ/dolores vlcerosos ac retentionẽ menstruorum.

De Purgatoriis aut pharmacis sumendis. Propositio Decimaquarta.

PVrgatoria aut pharmaca delectu astrologico fœliciter sumere. ¶ Absoluimus missionis sanguinis electum tempus: atq; his quæ ad id pertinent enarratis ad purgatoria, solutiua, aut euacuatiua ventris fœlici radiatione syderum properabimus. A sole igitur omes cœlestes virtutes colligente, huius rei principium sumpsisse non erit inutile. In primis tempus congressus Solis cum cane maiori, ꝙ pharmatiæ & purgationes ab accuratissimis etiã medicis prohibentur pensitabimus. De quo Hipocrates aphoris: quinto quartæ pticulæ sic scriptum reliquit. Sub cane & ante canem moleste sunt purgatiões. Causam huius aphorismi Galenus aperit: dicens. Quod contingit quia hoc tempore calidissima est temporis natura: non valens sufferre potiões vomitiuas vel soluentes, plurimum enim incidunt in febrem. vel quia deficit virtus ex nimeitate caloris: quæ datis potionib' multo magis debilitaretur. Item cum calor potionũ viris extrahat exterius/ sicut balneum aquæ calide, repugnat solutioni/quæ nititur auferre: similiter & calor aeris cum magis fortis sit. ¶ Generalius de tẽporis prohibitione loquitur princeps medicorum Auicenna quarta primi capite quinto inquiens. Et scito ꝙ tempus quo maior canis ascendit: & hora qua nix super montes quiescit: & hora frigoris fortis, non est tempus sumendi medicinã. Medicina vero in vere & autumno est sumenda. ¶ Aduertendum, est quædam cœlestis imago aut stellatio in austrum exposita, appellata Canis maior ob differentiã canis minoris qui Prochion nominatur. huius canis maioris sunt (teste Ptolemæo dictione octaua Almagesti) stellæ numero 18, inter quas quæ in eius ore aut lingua est fulgẽtior primæ magnitudinis, Canis, arabice Alhabor, a plirib us sirius aut sirion vocatus, aut propter flammę candorem ꝙ eiusmodi sit vt præter cæteras lucere videatur. Est eñ omniũ fixarum nobis apparentium fulgentissima & in vltimo luminis. vel quia cum sol eam accesserit: seseq; iunxerit calor geminatur. & egritudine corpora afficiuntur. Est enim pestifera & pernitiosa hæc conuentio: hanc stellam latini caniculam vocitant: Vnde dies caniculares nominãtur. De ea Plinius libro 2 c.40 sic scribit. Iam caniculæ exortu accendi solis vapores quis ignorat? Cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiũtur: feruent maria exoriente eo: fluctuant in cellis vina: mouentur stagna: Et paulo post, Canes quidem toto eo spacio maxime in rabiem agi non est dubium, hæc Plyn: ¶ Iacobus Forliuiensis cõmenta: de cane maiori sic loquitur. Per canẽ in ꝓposito intelligere debemus tp̃s caniculare. Et est tempus in quo quædam stella meridionalis canis appellata ab astrologis in matutinis apparet & solis ortũ antecedit. Incipit eñ caniculare tempus decima die Iuly vel circa & durat vsq; in vigesimã Augusti. Ita ꝙ in summa est quadraginta dierum scilicet viginti vltimorum Iuly & viginti primorum Augusti. vel igitur ante hoc tempus parum vel sub tempore quia canicula durante vel sub id est parum post purgationes sunt moleste. Vsitato tamen metro

A (margin, beside "astrologico fœliciter sumere")
B (margin, beside "Generalius de tẽporis prohibitione")
C (margin, beside "Aduertendum")
D (margin, beside "Iacobus Forliuiensis")

principium & finem canicularium indicamus hoc modo. Octaua Pe:Pau:incipit canis & finiũt Oc:Lau:hoc est, Octaua Petri & Pauli, quæ est sexta dies Iulij inchoantur: & octaua Laurentij, quæ est decima septima Augusti terminantur.

E ¶Redeo ad Aphori:Hipocratis, cum ait sub cane intelligitur tempus caniculare purgatorijs ineptũ propter caloris excessum. Cum autẽ subiũgit: & ante canem, sunt qui autumant tẽpus oppositum canicularibus propter frigoris excessum, & hoc pacto per ante canem intelligunt dies quadraginta frigidissimos oppositos calidissimis. Id Auicenna quarta primi c primo per regulam pulchre confirmat: dicens, Ex regulis præterea quas tu obseruare debes: est fortes dimittere medicationes in temporibus etiã fortibus, quantũ plus poteris: sicut ventrẽ vehementer resoluere: aut procurare vomitum: aut operire aut adurere in æstate & hyeme. Vbi Cõmentator Ia:Tor: sic habet, Medicationes fortes non prohibẽtur in hyeme propter debilitatẽ virtutis & resolutionẽ eius sicut in æstate, sed qa in hyeme hũores sunt cõiuncti & coagulti in interiorib⁹ vt ait Galienus Aphorismorum quarta, Comento illius canonis, Gracilis & faciles vomẽtes. ¶Se-

F cundo loco contuendũ ꝙ doctissimi Astrologi Ptolemæus, Hermes, Almansor & alij, tempora oportuna & electa pro pharmacis, euacuatiuis aut solutiuis ventris capiunt a motu lunæ per aquea signa decurrentis: Vt sunt Cancer, Scorpius, & Pisces. De quibus Almansor Aphoris:24 sic scribit. Meliora signa in accipiendis laxatiuis & purgatorijs sunt aquatica. Et ptolemæus verbo 21 sui Centiloquij adstipulatur inquiens. Purgatoriũ accipere Luna in Scorpione & Pisce laudabile. Vbi commentator sic scribit. Triplicitas humida hoc est aquatica prodest potatori medicinæ solubilis. Et Halij Abenra: parte septima capite 47 sic habet. Illi qui colligerunt signa aquea (intellige in laxatiuis medicinis sumendis) bene dicunt (& post plura inquit) Si medicina fuerit potio: melior est Scorpio. Et si fuerit electuarium: melior est Cancer. Et si fuerint Pilulæ: melior est Piscis.

G ¶In cancro igit̃ medicus regulariter donat solutiuum per electuarium. Electuarium ab eligendo dicitur: ex electis nanq̃ speciebus confici debet. Galienus Electuaria quasi eligamenta, Et dicuntur etiam medicinæ laxatiuæ. In Scorpione præcipue eius propemodum vltima medietate, euacuationum in liquido, potu vel haustu dare licitum est. In Piscibus, in solido scilicet pilulis purgatoriũ vtiliter sumitur. Pilulæ in forma rotunda dãtur quasi paruæ pilæ. Et vt Auicennę placet: non sunt dandę nimis siccæ aut nimis colles: Non debent esse nimis durę vt lapides, quia cito consumi non possent: nec facere suam operationem. Nec debent esse nimis molles ne deglutiendo adhæreant ori Q̃ in numero impari su-

H muntur a pythagora assumptum est. ¶Tertio loco in medicina laxatiua attendi debet modus exhibẽdi: scilicet quibus exhiberi aut denegari debeat. Sana eñ corpora habentes pharmacis vti prohibent vt ostendit hipocrates parti. 2 Aphorismorum. Et Auicenna quarta primi capite q̃rto vbi scriptum reliquit. Et scias ꝙ vomitus & ventris solutio non attinent ei qui bono vtuntur regimine &c. sic enim propter euacuationem humorum substantialiũ causaretur sincopis & de-

I bilitas corporis ad quam vicina est mors. ¶Corporibus autem insanis cõpetit laxatiua vt cum peccat aliquis humorum, Phlegma, Cholera, aut melancholia. Docent enim Astrologi ex medicorum præceptione contraria cõtrarijs debere mederi: per Venerem humidam & frigidam, choleram calidam atq̃ siccam euacuã dam. Per Solem & Martem calidos & siccos, phlegma frigidum & humidum purgandum. Per Iouem autem calidum & humidum, melancholiam frigidam & siccam. Quapropter Halij parte septima ca:47 egregie dixit. Et ego dico tibi: ꝙ si dederis medicinam pro purganda Melancholia ꝙ sit luna applicans Ioui, Intellige aspectu amico. Q̃ si purgãda Cholera, applicet Veneri. Et si pro purgando phlegmate applicet Luna soli. Et non nulli addunt Marti trino vel se-

K xtili aspectu. ¶Harum rerum hoc accipe summagium.

¶Luna Decurrēte	Per Cancrū in aſpectu trino aut ſextili cum	Venere confortatˀ virtus expulſiua ꝓ cholera euacuāda. Sole aut Marte adiuuatur expulſiuia virtus pro Phlegmāte euacuando. Ioue iuuatur expulſiua pro melancholia purganda	Cū electuario
	Per Scorpionē in aſpectu trino aut ſextili cū	Venere confortatˀ expulſiua pro Cholera euacuanda Sole aut marte adiuuatˀ expulſiua ꝓ phlegmate euacuādo Ioue iuuatur expulſiua pro Melancholia purganda.	Cum potiōe.
	Per Piſces in aſpectu trino aut ſextili cum	Venere cōfortatˀ ſolitiua virtus pro Cholera euacuanda Sole aut marte adiuuatˀ expulſiua ꝓ phlegmate euacuādo Ioue iuuatur expulſiuia pro melancholia purganda.	Cū pilulis

¶Hæc de tempore delecto & optimo dixiſſe volumus. Nam ſi luna (vt crebro contingit) in ſigno quopiā euacuationi opportuno inuenta fuerit: curſu tamen (vt aiunt) vacua, hoc eſt ſine aſpectu trino aut ſextili ad prædictos planetas, cenſemus temporis pharmaciē bonū, aut vt alij contendunt mediocre: quod fœlicius efficies per memoratorū planetarū poſitionē in forti domicilio cœleſtis figuræ. Et ſi fieri poteſt planetis dominātibꝰ in die & hora eorundē & conſtitutis in proprijs domibus, exaltationibus, triplicitatibus aut terminis. ¶ Quarto prætera loco cautelas in purgatorijs ſumendis ſubiungere decreuimus. Quarū prima eſt Ne Luna per ruminātia decurrat ſigna: quæ ſunt Aries, Taurus, & Capricornus. tunc em̄ ratione cœleſtis afflatus infirmus facile euomet: aut nauſeabitur Medicina ad nauſeam aut vomitum inſtigante, Et hoc validius quando Saturnꝰ per coitum, quartū aut oppoſitiōem ſua dederit teſtimonia. hoc eſt quādo luna fuerit in his ſignis ruminātibus. In memoratis aſpectibus cū Saturno. & eo amplius Saturno regreſſione affecto, Hæc cautela accipiēda eſt de medicina expulſiua per inferiora. Medicus em̄ per ſuperiora ſc; vomitū euacuare cupiens recte eligit lunam per Arietem, Taurū, aut Capricornum meantem. ¶Secunda cautela quæ ex iam dictis fere elicitur eſt, ne luna applicet aut per corpus aut aſpectū fortem ad planetam retrogradū quia medicinæ euomitionē ſignificat. ¶Tertia cauendum eſt ab aſpectu maligno duarum infortunarum. Saturnus nempe medicinæ ſolutiuæ opus impedit & fruſtrat humores ingroſſando, inſpiſſando ac poros claudēdo, ob id qā frigidus & ſiccꝰ, cuius eſt reſtringere & inſpiſſare, Nocet etiā ſtomacho. Mars vero effrenat humores eos exacuendo, non nunq̄ vſq; ad eductionē ſanguinis, ſi medicina fuerit fortis. Obeſt etiam Mars inteſtinis In ſumma, aſpectus ſanguinis emiſſionē (de quibus ſupra) impedientes, & purgatorij ſumptionē impediunt. ¶Quarta tandem cautela, eſt ptolemæi ꝓpoſitiōe 19 Centiloquij inquientis, Si quis purgatoriū acceperit: Luna cum Ioue exiſtente abbreuiabitur eius opus, & effectus ipſius minuetur. Cōmentator. Effectus medicinæ (intellige ſolutiuæ) non eſt naturalis corpori: ſed attrahit humores ſuperando plures virtutes naturales. Cumq; natura fortior illa medicina fuerit: prohibebit eius effectum: & in ipſo impetu medicinæ, debilitat natura effectum. Iupiter vero confortat naturam & auget in cōiunctiōe ſui cum luna fortitudinem prohibentē effectum medicinæ, Hæc ꝯm. Ego ſimile cenſeo iudicium obſeruādū in q̄rta ratiōe & diametra Lunæ cū Ioue propter radiationē fortitudinē.

L M N O P

De roborandis quattuor naturalibus virtutibus Propositio Quintadecima.

A De naturalibus virtutibus paucula quædam subiungere. ¶ Naturalis virtus quæ pcipue in lecore viget in quattuor distribuitur, Attractiuã, Retentiuã, Digestiuã & Expulsiuã. Si tu has ĩ te fauste adiuuare volueris Attractiuam quã appetitiuã, allicientẽ, aut elicientẽ appellitãt per ignea maxime roborabis signa: quæ in corpore mixto viget per calidũ & siccum. Quod fœliciter p medicinas efficies: qñ eiusmodi virt⁹ viget in cœlo, puta quãdo luna non impedita in signis igneis, Ariete, Leone, Sagittario constituta Iouẽ aspicit, & melius ac efficatius operaberis: si fiat talismodi cõfectio in iam memorato cõstellatione. Item in administratione eandẽ seruabis cõstellationẽ, aut ad minus signũ igneũ in horoscopo ordinabis & Iouẽ in loco bono cœlestium domorũ.
B ¶ Retentiuã aut cõtentiuã per terrea signa cõfortabis: potissimũ qñ luna Iouẽ intuetur in signis terreis collocata. Eliges eñ lunã in signo frigido & sicco Tauro, Virgine aut Capricorno decurrentẽ, Iouẽ fœliciter aspicientem. Qđ etiã in cõfectione & exhibitiõe obseruabis, aut ad minimũ terreũ signũ in ascendendo cõstitues: Ioue bene aptato.
C ¶ Digestiuã generatiuãq; per aeria sc; Geminos, Libraз & Aquariũ iuuabis: quoties luna sub aerijs signis Iouem suscipit. Et sub ea constellatione medicinã conficies atq; administrabis, aut aerio signo in horoscopo cõstituto cũ Iouis auxilio. Maxĩe in his oĩb⁹ cõsequeris optatõ si Iupiter eadem vel similia vel saltẽ nõ dissimillima signa possederit.
D ¶ Expulsiuã per aquea (queadmodũ prædiximus) Cancrũ, Scorpium & pisces confortabis: qñ luna sub aqueis posita Iouis, Solis, Martis aut Veneris radijs fœliciter vt iam supra monuimus illustratur. Vel saltem luna in signis Libra aut Aquario repta q̃ in medicinis cõponẽdis & exhibẽdis vniuersalia pclamant.

De quantitate diei & noctis. exortu et occasu Solis Propositio Sextadecima.

A Quantitatẽ diei & noctis: Solis exortũ & occasum officio tabulæ enumerare. ¶ In hac ppositione p quãtitatẽ aut lõgitudinẽ diei accipe mi lector quãtitatẽ diei artificialis, hoc est: morã qua Sol ab ortu in occasum tendens oblatæ habitationis supernũ occupat hemisphęriũ Emetit aũt huiusmodi mora bifariã: primo p horas æqnoctiales h est ęq̃les & earũdẽ primas minutias, si q̃ fuerint: de quib⁹ hęc nr̃a ppositio intelligi debet. Secundo p horas tẽporales q̃s inæquales aut planetarũ appellamus Quaꝝ dies quiuis artificialis 12 cõplectitur: & totidẽ nox, de hac emensiõe nõ loquit nr̃a ppositio, sed infra pleni⁹ tractabit. Nox vo est mora q̃ sol ab occiduo ĩ ortũ vergẽs pposite habitatiõis infernũ occupat hemisphęriũ q̃ cõsimilit horis æqnoctialibus aut æqualib⁹ in nr̃o pposito metienda est. Solis exort⁹ hic etiã ęq̃libus horis nũeratur & fractiõib⁹. Et tunc accidit quãdo centrũ solis in horizonte ex ortiuo cõstituit. Occasus vo p easdẽ horas & eaꝝ fractiões supputatus, cõtingit cẽtro solis in horizonte occiduo collocato.
B ¶ Pro his reb⁹ dignoscendis Ioannes de mõteregio, german⁹, ostofranc⁹ Tabulã digessit initiũ sumentẽ ab eleuatiõnẽ poli boreal 36 graduũ, finientẽ in eleuatiõe eiusdẽ poli 55 graduũ. Nos eidẽ tabulę plocauim⁹ tabellã vnicã eleuatiõi 35 graduũ suientẽ. Et fini addidim⁹ octo tabellas, octo eleuatiõib⁹ polarib⁹ inseruiẽtes, vsq; in subleua-

tionem poli aquilonij 63 graduũ. Qđ prǽterea fecimus ꝙ tabula europeis habitationibus esset magis accõmoda, & satisfacerem' Ptole: C. Cosmographo qui cognitã terrã in aquilonẽ vsꝙ in 63 gradus latitudinis extendit. Nostrę tabulę titulus is est. Tabula quãtitatis diei, ort' & occasus solis gñalis, q̃ in nouẽ & vigiti partiales tabellas distribuitur; ꝓ 29 polarib' eleuationibus septẽtrionarijs in frõte tabulę exaratis. Vbi etiã climata his eleuationibus congruentia, & habitationes extra oĩa climata priscorũ authorũ inuente adnotãtur. In vtroꝗ tabulę latere leuo & dextro inscribuntur characteres duodecim signorũ, & eorundẽ gradus per ternarios crescẽtes. In arca tabulæ vna quęuis, tabella duplicẽ habet nũeroꝶ ordinẽ, prior horas (vt dixim') æq̃les, posterior horaꝶ minutias possidet: modo tẽpus semidiurnũ, modo seminocturnũ (queadmodũ iam infra manifestabitur) significantes. ¶ Huius tabulæ vsus hoc pacto addiscit. In abaco regionũ, principatuũq̃ rito habitationẽ tuã aut viciniorẽ ad cui' sedẽ dextrorsum gradus eleuatiõ is polaris apparet: quibus in capite tabulæ quãtitatis diei inuestigatis tabella q̃ his subijcitur tuę habitatiõi aut viciniori, & ꝓposito tuo accõmodabitur. Per propositionẽ aũt octauã signũ & gradũ solis ꝓposite diei addiscito, quib' in alterutro laterũ ordine inuẽtis mox in angulo cõmuni gradus signi & eleuatiõis polaris, offendes horas & minutias, quãtitatẽ tp̃is semidiurni sole ꝑ borrealia signa Arietẽ, Taurũ, Geminos, Cancrũ, Leonẽ, aut Virginẽ gradiente, q̃ duplata quãtitas diei emerget/ Deinde quãtitate diei ex 24 horis subtracta, noctis quãtitas relinquetur. Et quãtitas memorati tp̃is semidiurni solis occiduũ manifestat. Qua a duodecim horis sublata exort' solis residuabitur. Q̃ꝫ si sol ꝑ hyberna aut austria signa Librã, Scorpionẽ, Sagittariũ, Capricornũ, Aquariũ aut Pisces ierit: eiusmodi ingressus in tabulã quãtitatẽ tp̃is seminocturni aperit. Ea bis sumpta quãtitas noctis ꝓhibit: Qua a 24 horis dẽpta, diei longitudo aderit. Itẽ quãtitas tp̃is seminocturni, solis ortũ indicabit. Quę a duodecim horis surrepta, residuũ occasum pandet. Q̃ꝫ si solaris gradus in alterutro laterũ ordine nõ appareat: aĩaduertes duos gradus iuxta eũ viciniores. Nã penes sitũ eius ad illos ꝓportionalit̃ cõiectando excerpes quãtitatẽ tp̃is semidiurni aut seminocturni, mediã ꝙ amodo int̃ duas quãtitates dierũ duobus illis vicinioribus gradib' correspõdens: Quãtas aũt harũ rerũ cognitio vtilitates conferat: in diuinis, ciuilibus, astrologicis ac alijs fere innumeris actibus, arbitror latere neminẽ.

De magnitudine diei artificialis: ortu ꝛ occasu solis: inceptiõe aurore ꝛ perfecte noctis ad poli arctici altitudinẽ 48 graduũ ꝛ 40 ferme minutorũ Propositio decimaseptima.

Magnitudinẽ diei artificialis: ortũ occasũ solis, initiũ aurorę & pfectę noctis ad sublimitatẽ poli aqlonij 48 graduũ & 40 ꝓpemodũ minutorũ dicto citi' nũerare. ¶ Platonis viri sũmi & ṽitatis amicissimi, ad Architã Tarentinũ scribentis, sentẽtia nos admonet illud pẽsitandũ. Nullũ nr̃m sibi soli natũ esse sed ortus nr̃i ꝑtẽ sibi patriã vẽdicare: ꝑtẽ parẽtes: ꝑtẽ amicos: Vt aũt patrie ante oĩa debeam' natura nos allicit: Indicante Nasone q in põto sic canit. Nõ dubia est Ithaci prudẽtia: sed tñ optat fumũ de patrijs posse videri focis. Nescio q̃ natale solũ dulcedĩe cũctos ducit: & imemores nõ sinit esse sui. Quid meli' Rhoma? scythico qd frigore pei' Huc tñ ex illa barbar' vrbe fugit. Quare ꝑfecto hi inhumanissimi ꝓclamant̃ q patrię succẽsent: q̃s Silli' poeta Li: 7 his metris vehemẽter dãnat. Accipe & eterno fixũ sub pectore serua Succẽsere patrię: nec fœdior vlla Culpa sub extremas fert̃ mortalib' vmbras. ¶ Pręterea pietas erga patriã cęteris est ꝑferẽda: Oĩa nẽpe in ꝑuata patria ꝑuant̃: Nã euersa familia ĩ q̃ pr̃es, fratres, filij ꝯtinent̃: salua potest esse patria: Cõtra euersa patria dom' & familia stare nõ potest. Qđ vt lucidius videri

C (margin, beside "Huius tabulæ vsus")
A (margin, beside "Platonis viri")
B (margin, beside "Pręterea pietas")

possit: vnū de multis exēplū Frācisci Danduli posterioris memorabile subijcem⁹
sane qui vt patriā ab ignominiosa pa: pa: censura vindicaret: diu hūiliter ꝓstratus
iacuit ad mēsam rho: pōtificis cathenis vinctus. sed patria cū eo mutua pietate cer
tauit: suūq; ciuē tanto sublimius extulit: quanto ille abiectius se & cōtemptibili⁹
gessit. Subinde patria nr̄a, hęc parens, hæc nutrix, hęc artibus, opib⁹, disciplinis
nos instruxit: dignitatib⁹ ampliauit: officia a nobis exigit: & qd' cuiq; nr̄m præsti
tit: suo iure repetit. Et si patrie officiosi extiterimus haudquaq; p̄mijs carebimus
Attestante Tullio cū inquit Oībus q patriā cōseruauerint: adiuuerint: auxerint:
C certū esse in coelo & diffinitū locū: vbi beati sempiterno ęuo fruant. ¶ Nos igit̄
q patrię oīa debemus: supputabim⁹ tabulā magnitudinis diei, ort⁹ & occasus so
lis &c. valde cōmodā, ad mediū fere septimi climatis, nostrāq; patriā, Cui aqlo-
nijs polus subleuatur 48 gradibus & 40 ferme minutis: q̄ nō solū patriæ nr̄æ sed
etiā (verbis Alberti magni, sueui vtor) omibus circularit̄ habitātibus, aut Cleo-
medis omib⁹ circū habitātibus, & q in vicinio adiacent: accōmodat: Cuius epi-
grāma est Tabula quātitatis diei, ortus & occasus solis, initij auroræ & noctis p-
fectę, supputata ad poli arctici eleuatione 48 gra: & 40 minutoꝝ. Hæc pro nūero
signoꝝ signiferi in duodecim partit̄ tabellas. In q̄rū capitibus signa Aries, Taur⁹
Gemini &c. et in extremis lateribus versus sinistrā nūeri graduū expāsi inserunt.
Arculę tabellaꝝ ſm tituloꝝ admonitionē dieꝝ magnitudīes, ort⁹ & occasus &c
D cōtinet. ¶ Huius tabulæ exercitiū h̄ est Per ꝓpositionē octauam verū locū solis
addisce: Eius signū in capite tabulæ, gradū aut in linea laterali leuorsū inuestiga:
& in versu q a gradu solis dextrorsum porrigitur: sub signo solis primo videbis
quātitatē diei artificial' Deinde ortū sol', & cętera q̄ capiti inserta tabulę sūt. Noctis
E aūt quātitas p ablationē magnitudinis diei a 24 horis relinqtur ¶ Omittimus in
præsentia cōmoditates nr̄æ tabulæ: quas ex diei magnitudine, Solis exortu & oc
casu facile consequi possumus. Pro reliqs aūt eiusdē p̄ticulis cōtuendū. ꝙ Astro
logi Aurorā aut diluculū incipi dicunt a tp̄e quo in oriente primi solis radij splē-
descere incipiunt. Id tēpus tabula nr̄a examussim manifestat. Ante qd' diuinū of-
ficiū (qd' missā vocant) imolatiōis corporis & sanguinis Ihesuh Christi (ni adsit
causa aut priuilegiū) docētibus sacrarū litteraꝝ interp̄tib⁹ peragi non licere. De-
fectū p̄terea apparitionis solariū radiorū, tempus inceptiōis noctis pfectę Astro
nomi appellant. Cuius initiū ex nr̄a tabula ita in promptu est: vt cōputo nō egeat
Id Iuris cōsultissimi noctis tenebras appellitant: Asserentes iudicē, officiū suū, a
mane id est, ab aurora in noctis tenebras, hoc est, in inceptionē fere perfecte no-
F ctis posse exercere. Sed de his pleniorē tractatū alibi habebimus. ¶ Nosse tamē
hic cōuenit: ꝙ hi qui a nobis in aquilonē domicilia cōstituerunt: statuto tp̄e anni
cum sol cū cancro cōgreditur: propter solis vicinitatē cū eorū horizonte, initijs
& aurore & pfectę noctis omnino carere: radijs solarib⁹ etiā noctu ꝯtinuo appa
rentibus Taceo ꝙ hi qui sub altitudine poli arctici: 67 gra: aut vltra degunt: certo
tp̄e anni solę per borealia signa decurrēte, ꝓpter eius cōtinuam p̄sentiam, modo
breuiore, modo longiore tp̄e horizontē Non subeuntis, diē habere artificialē 24
horaꝝ & lōge pluriū, immo nō nunq; in plures menses.

De tp̄e ingressus sol' i Arietē Propositio 18.

Ingressus solis in primū pūctum
A Arietis, vnde æquinoctiū vernum addiscitur: exactu cōputo
inuestigare. ¶ Quam vides tabulā introitus solis in signoꝝ
principem Arietē Lector dulcissime: nouā ꝯdidimus Anno
gratiæ Octogesimoquarto supra millesimū quadringētesimū
& radicibus ornauimus ad vlmā imperij oppidū & eius meri
dianū verificatis, hanc p̄ri non minus pientissimo q̄ venerando p̄suli ferrariensi.

Vlme legatū agenti: fyderalis fcientię ftudiofo donauimus, vt primas eius decer peret rofas. Anno præterea chrifti dñi 1516 fluente radices memoratæ tabulæ ad Tubingam gymnafium literatoriū fueuiæ & eius meridianū rectificauimus.

¶ Nolumus autē in pſentiaꝝ Thebithium ingredi labyrinthū, de motu octauæ fphęræ & æquinoctij diuerfificationē ne me & alios tricis implicem atq; inuoluā & ex fcylla in charybdim incidamus. ¶ Noftræ igitur tabulę infcriptio eft Tabula introitus folis in primū punctū Arietis. Cui fuperne inferūtur Dies, Horæ Minuta, & Secunda tituli fubditis nūeris cōgruētes. In latere extremo verfus finiftrā fcribuntur anni iam expanfi, iam collecti. Sunt aūt hi anni reftātes poft diuifionē cuiufdā nūeri (de quo infra dicetur) p q̄ttuor. In arca tabulæ iacent nūeri dierū, horaꝝ, minutorū, & fecundorū. In quarto ēm anno folari tēpus ingreffus folis in Arietē aut æquinoctiū vernum redit ad eandē diem & horā in qua antea fuit: fedem fuā anticipans (Alphonfina fupputatione cōfirmante) duntaxat per 42 minuta & 56 fere fecunda. Hæc igitur quātitas anticipatiōis crebra additione aucta, exarata eft in arca tabulę e directo cuiufq; anni. In calce tabulæ infcriptæ funt radices ad quattuor numeros annorū chrifti fc; 1516 biffextilē, 1517 primū poft biffextilē, 1518 fecundū poft biffex: & 1519 tertiū poft biffex: qbus e regiōe dextrā verfus adhærent dies martij, Horæ minu: & Secū: radices ingreffuū folis in primū punctū Arietis annis futuris & pteritis accōmodas. ¶ Si igitur anno quopiā futuro huius rei peritiam habere volueris: hoc pacto adito. Numeri tibi præcipue oblati, fub numero annorū Chrifti futurorū cōtenti, qualitatē aut denominationē aīaduerte: hoc eft: animaduerte an annus fit biffextilis, aut cōis, primus, fecundus vel tertius poft biffextilē: quo animaduerfo ex tabella radicū accipe nūerum annoꝝ Chrifti cōfimilis qualitatis aut denominatiōis: & e directo radicem in dieb⁹, horis, minutis & fecundis quæ oīa extra fcribe in abaco fupputatorio, cōgruis titulis fupne adnotatis. Dein numerū annoꝝ Chrifti extra fcriptū deme a numero annorū chrifti futuroꝝ propofitorū: & quod refiduū fuerit diftribue per quattuor. Et numerū quotientē q̄re in tabula Introitus folis in verfu laterali leuo. Et quæ e regione adnotata inueneris de diebus, horis, minutis, & fecundis excribe in abaco fub radice vnūquodq; fub fuo genere, qd̄ totū ex radice fubtrahe. Et qd̄ refiduabitur oftēdit tibi ingreffum folis in primū punctum Arietis excelfiffimæ fphærę, & ex cōfequutione æquinoctiū vernū. ¶ Exēplo apertius intelliges: Iubeor inuenire introitū folis in æquinoctialē feu in Arietem fupremæ fphæræ: Anno Chrifti dñi 1562 fluente, exploratū habeo annū futurū 62 fore fecundū poft biffextilem: q̄re cōfimilis qualitatis numerū annorū Chrifti in tabella radicū inueftigo: qui eft 1518, eum ad ptē extra fcribo: vna cū radice. 10 dierum Martij, 15 horaꝝ, 8 minutorū, & 4 fecundorū. Deinde numerū annorū Chrifti excriptū fc; 1518 fubtraho a numero annorū Chifti futuroꝝ fc; 1562. & refiduo annos 44: quos per 4 diuido: & habeo in quotiente 11 annos: hos inquiro in nūero annorū tabulæ: & e regione offendo anticipationē 0 dierū, 7 horarū, 52 minutorū, & 16 fecundorum: quā fubtraho ex radice extra fcripta: & reftant 10 dies Martij, 7 horæ, 15 minuta & 48 fecunda. Ecce anno Chrifti 1562 futuro ingredietur fol Arietem, vernū conficiendo equinoctium, diebus, horis, & fractionibus iam inuentis de menfe Martio. Haud fecus ac iā præcepimus pro alijs annis futuris opationē inftitues. ¶ Q; fi anni Chrifti oblati annos radicū præcefferint: cōtra opaberis. fic, deme annos oblatos ab annis Chrifti radicis: & numerum diei, horarū, minutorū & fecundorū p introitū nūeri quotientis ex tabula ingreffus folis in Arietem elicitum, adde radici extra notatę: & habebis optatū.

¶ In exemplo offeruntur mihi Anni Chrifti 1452, meę geniturę: ad quos præcipior fupputare introitū folis in Arietem. Comperio ꝙ annus 52 fupra millefimū quadringentefimū mihi ppofitus eft biffextilis quare confimilē numerū annorum Chrifti elicio ex tabella radicū fc; 1516, quē extra fcribo vna cum adhærēte

B C D E F G

radice scꝫ 10 dierum Mar: 3 horarũ, 29 minutorũ, 32 secundorũ. Subinde demo numerum annorũ Christi oblatorũ ex numero annorũ Christi tabellæ & remanent anni 64: quos diuido per 4: & occurrunt in quotiente 16 anni restantes. Cũ quibus ingredior tabulam ingressus solis: & inuenio 0 diem, 11 horas, 26 minuta, 56 secunda, quę oĩa addo radici: & procreo 10 dies Mar: 14 horas, 56 minu: 28 secunda, tempus introitus in ęqnoctialẽ, et in primũ minutũ Arietis supręmę
H sphærę. ¶ Huc huc iterũ accersiendus est abacus noster regionum: si alibi ꝗ̃ in oppido Tubingensi domicilium elegeris: reducendo tempus ingressus solis in Arietem, ad alia quęuis loca in abaco conscripta, pro formula supra in propositione sexta exposita. ¶ Cæterũ animaduertisse iuuabit: ꝙ cognito ingressu sol'
I in arietem, aut equinoctio verno in promptu cognoscet ingressus solis in Librã aut æquinoctiũ autũnale semper eñ æquali distant intercapedine videlicet ꝑ dies centum & octoginta septem, 0 horas 42 ferme minuta: & loquimur de tempore æquato. Et vt lucidius accipias: quãdo solis introitus in arietem accidit in 10 diẽ Martij: ingressus solis in libram incidit in 13 diem Septembris. Qñ autẽ introit' solis in Arietem fit 9 die Martij: Ingressus solis in Libram fit 12 die Septẽbris & sic cum reliquis agendũ est. Inuenietur autẽ introitus solis in Libram in diebus septembris: vsꝗ in annos christi dñi 3100 vel circiter. Tempori igitur ingressus solis in Arietem adde tres dies, & prodibũt dies septẽbris, 0 horas, & 42 fere minuta. Et videbis ingressum solis in primã minutiã Libræ, & ex consequente æquinoctium autumnale. ¶ Repeto gratia exempli introitũ solis in Arietem supra
K ad numerũ annorũ Christi 1562 supputatũ. Videlicet 10 die Mar: 7 horas, 16 q̃si minuta: addo 10 diebus, 3 & colligo 13 dies, 7 horis nihil addo, 16 autem minutis addo 42 & congrego 58 minu: Habeo igitur 13 dies septembris, 7 horas, 58 mi: tempus introitus solis in Librã, & æquinoctiũ autumni, hoc mõ operare ꝓ reliquis solis in Librã ingressibus ¶ Ad postremũ si celeriorẽ supputationẽ intro
L itus solis in Arietem desideras conde tibi tabulã in qua quotannis eiusmodi introitus ad numeros annoꝝ Christi appareat atꝗ in promptu sit. Cõditurus igit' tabulã in primis in extremo eius latere sinistro inscribito nũeros annorũ Christi: ſm naturalẽ numerorũ seriem, & bissextili semper adijce: b: literã. Dein ad quattuor primos annos tabulæ condendæ supputa tempora ingressus solis in Arietẽ In diebus, horis & minutis & secundis, queãdmedũ supra didicisti: quibus tãꝗ radicibus vteris: futurorũ introituum dignoscendis. A tempore igitur introitus primi anni tanꝗ radicis (& pro maiori euidentia supponimus ꝙ sit bissextilis) subtrahe 42 minuta & 56 secunda: & emerget tempus introitus ad annum sequẽtem bissextilẽ ipsius tabulæ cõponendæ Cui tempus emersum adscribe. Deinde a tempore secundi anni radicis & primi post bissextilem, eundem numerum deme: videlicet 42 minu: & 56 secũ: & prodibit introitus ad sequentem annũ tabulæ qui primus nũeratur post bissextilem. Et eidem tempus huius introitus adscribe Consimilẽ operationẽ instítues cum tempore anni tertij radicis: qui est secũdus post bissextilem. Et cum tempore anni quarti qui est tertius post bissextilẽ. facta nanꝗ huiuscemodi subtractione a tpe cuiuspiã anni radicis, id qđ remanet adscribendum est anno sequenti cõsimilis qualitatis aut denominatiõis ꝙ si secus feceris tabulã erroneã cõficies. & tu errore afficieris: cum non habeas stabile qđ sequaris Præterea hæc tempora ingressuum solis ad quattuor annos radicũ, pro formula tradita elaborata, constitues radices aliorũ quattuor annorũ sequentium in tabula: & pro his operare quemadmodum pro primis quattuor annis sequẽtibus radices operari præcepimus: & hoc pacto cõdes tabulam in annos Christi
M plurimos & quot volueris duraturam. ¶ Verba sunt complusculа: quibus tñ exemplarem computationem, vt omnes facilius accipiant adijcere decreuimus.

¶ Digero igitur tabulam cuius effigiem, hic coram vides cũ talismodi titulo.

Tabula introitus Solis in primū punctum

Arietis & in æqnoctiū vernū supputata ad meridianū Gymnasij Tubingēsis. Pro primis q̄ttuor annis tabl̄e supputaui tpa ingressus Sol' in ♈ p doctrinā sup̄ ex positā, a tpe aūt introitus annoꝝ Christi 1520 bissex: subtraho 42 minu: 56 & secū: & residuo 10 dies 2 horas, 3 minuta, 40: 2 tēpus introit⁹ sol' ꝑ nūero annoꝝ Christi 1524, qd' eisdē adscribo. Itē a tpe introitus sol' nūiri annorū Christi 1521 demo memoratū tps: & restabūt 10 dies, 7 ho:, 52 minu: 56 secū: tps introit⁹ inserēdū annis Christi 1525 Haud dissimiliter operor cū tpibus ingressuum solis Annorū Christi 1522 & 1523, & residuo introitus solis ad annos Christi 1526 & 1527. Deinceps tpa ingressuū horꝝ 4 nūerum annorū Christi videlicet 1524, 1525, 1526, et 1527 ꝯstituo ꝑ radicib⁹ q̄ttuor numeroꝝ Annoꝝ christi subsequētiū scꝫ 1528, 1529, 1530, 1531 & 1532 & operor pro eisdē queādmodū iā sup̄ ꝑcipim⁹: & hac ꝑuata forma in cōplures annos tabulā cōflabis q̄ facilime. Cōsimili ꝑpemodū operatione tabulā ingressus solis in Librā aut æquinoctiū autūnale cōstrues: si ea quę supra docuimus recte aīaduertisti. ¶ Fatemur tandē cōdendę tabulæ aliam esse formā, hāc. habito em̄ tpe ingressus solis in Arietē, ad numerū quēcunq̄ annoꝝ Christi oblatū, si eidē addideris 5 horas, 49 mi: & 16 ferme secū: ꝑcreabis tps ingressus anni sequētis Cui si iam dictū tps adieceris colliges tps introitus ad annū aliū succedētem & sic deinceps. Verū ea forma non nullis innititur cautelis: quare missam facimus: vt ad reliquas propositiones pergamus. N

Anni Christi	D	H	m	2
b 1520	10	2	46	36
1521	10	8	35	52
1522	10	14	25	8
1523	10	20	14	24
b 1524	10	2	3	40
1525	10	7	52	56
1526	10	13	42	12
1527	10	19	31	28
b 1528	10	1	20	44
1529	10	7	10	0
1530	10	12	59	16
1531	10	18	48	32
b 1532	10	0	37	48
1533	10	6	27	4
1534	10	12	16	20
1535	10	18	5	36
b 1536	9	23	54	52

De causis cōscripti abaci regionū ꝑposi: 19.

Abaci regionū: principatuū: pluribus locis & oppidis per Europam passim constitutis, referti causas assignare. ¶ Qꝫ abacum amplum & per multas regiones, principat⁹, ducatus &c̄ & oppida diffusum cōgessim⁹: non ab re factū credite lectores candidissimi. Multas em̄ causas satis pręstātes afferre factu esset facillimū, e quibus nō nullas paucis accipietis. Vna quā etiā vulgus ꝓbat ꝓpter ei⁹ cōmoditates & vsus mltimodos, q̄s suporib⁹ ꝓpōibus optiē didicim⁹. ¶ Altera opus Pto: C: cosmographicū cōpluries ꝑmirificā formādi artē excusūꝫ & disseminatū cōpluribus refertū inuenim⁹ mendis & vitijs, nō solū in locorū lōgitudinib⁹ verū etiā latitudinib⁹, & potissimū (ni fallar) in Europa. Tacem⁹ q̄d erroris nobis ingerāt locorū & oppidorū mutatę nomenclaturę. Accedit q̄ nos recētiores geographi oppidoꝝ lōgitudines vsq̄ eo mutilam⁹ & decurtam⁹: q̄ tandē in hilū fere deducent: & p h̄ (vt paucis dicaꝰ) op⁹ Pto: archimathematici ꝯtaminam⁹ Cogor p deū imortalē nō nūq̄ memet et alios ridere: cū nō causaꝫ ꝑ causa assumētes, tāta nobis audaculis est temeritas: q̄ lōgitudines oppidoꝝ in gręcis Pto: exemplaribus rectissime scriptas emēdare attentam⁹: potius corruptores q̄ correctores appellādi Quod innūeris ꝑpemodū exēplis videri posset: ex q̄b⁹ hęc pau- A B

cula adnotare libuit. Argentoratũ oppidũ Rheni nũc argentina Ptolemæo docē te 28 fere gradus longitudinis obtinet: nobis recentibus 24 cũ paucis minutijs. Colonia Agrippina, metropolis famatissima, Ptolemæo Agippinēsis 28 ferme gradibus longitudinis alligatur: a nobis 23 quasi. Casurgi quã pragã boemie regiam vrbem 9 tendimus: Ptolemęus 39 pene gradus longitudinis tribuit: recentiores 32

C Pertimescimus profecto debilem esse causam: quã huic mutilationi effinximus: & anguem latere in herba. ¶ Quocirca (ne verba sint infinita) potissima nostri abaci regionũ vtcunq; comportati causa est. Sacratissimũ & inuictissimũ. Imperatorē, Caesarem Diuũ Maximilianũ, pium, fœlicem, Inclitũ, victorē, totius orbis domini, ac semper Augustũ, adhortari: vt Europam, eius regiones, satrapias, prouincias, Insulas, Loca, Oppida, Fluuios, stagna, lacus, montes, & alia nobiliora noua obseruatione, descriptione, & iustarũ chartarũ effigiatione

D eruditissimis mathematicis quib' stipatus est absoluere demandet. ¶ Qz si stellarum potestates Imperatori nostro potentissimo quidpiã decernere possũt profecto ex domiciliorũ dominatu, cum senectutis iam limen ingressus sit: pollicere habent ex publicis substantiã daturũ, regionũ, & cœlicolarũ cultorē, oĩm

E propemodũ disciplinarũ secreta pquirentē ¶ Est insuper Imperatorũ officium orbis descriptio, q ad eorũ vitas & actiones cõtinēti terra, mariq; gerendas appri me cõducat. Strabone Gnosio in Geographia testãte cũ inquit. Excellētissimos impatores illos extitisse cõstat: qui terrę ac maris imperiũ adempti, nationes ac ciuitates sub vnã potentiã, gubernationēq; ciuilem cogere valuerunt Haud igitur dubitandum est terræ descriptionis notitiã quã Geographiam dicimus oẽs ad impatorias actiones adducere in terra cõtinenti cuncta digerentē: atq; maritimis

F & quæ intra orbē: & quæ exterius existunt. ¶ Et idē Strabo post plura. sic scribit. Nã & Rhomanorũ & Parthorũ potentia magnã huius experientiæ portionē hominib' ætatis nostræ præstitit. Sicut & posteritati illa Alexandri magni expeditio (vt ait Eratosthenes) Alexander eñ magnam Asiæ ptem nobis aperuit: & borcę incolas oĩs Europe: vsq; ad Istri ripas. Rhomani vero quæ ad occasum vergunt: Europæ singula vsq; ad flumen Albin: qui duo in spatia Germaniã diuidit: queq; trans Istrũ vsq; ad amnē Tyram. At vero vlteriora: vsq; ad Meotidem & nouissimã Colchorũ maritimã Mithridates cognomento Eupator: cognita fecit: eiusq; prefecti. Parthi autē Hyrcanos & Bacctrinos: & vltra eos Scythas no-

G tiores nobis reddiderunt: cũ antea maiorib' nrĩs minus noti fuissent &c. ¶ Nõ ambigimus fore non nullos qui abacũ nostrum regionũ iudicabunt: corrigent: ac rectractabũt. Si eruditiõis causa fecerint grato accipiemus animo: nõ eñ possumus oẽia omnes. Vnũ verumtamē oramus: sit in ea re (verbis diui vtor Gregorij) rigor non exasperans: sit zelos non immoderate seuiens: sit pietas nõ plus q expedit parcens. Quem his nostris iudicibus clypeũ obijciamus non habem' neq; Appollinis templum nobis asylum est. Consolamur dũtaxat Plynij auctoritate in procemio libri tertij nat: Hy: inquientis. Nunc de partibus (intellige habitati orbis) quanq; infinitũ id quoq; existimatur nec temere sine aliqua reprehēsione tractatum. Haud vllo in genere venia iustior est: si modo minime mirum est: hominē genitũ non omnia humana nouisse.

De cõpositione Organi veri loci lune.

Propositio vigesima.

A ORganum veri Loci Lune quo pacto construendum sit explanare. ¶ In plano quopiam super centro e: describe zodiacum qualem habet dorsuz Astrolabij, hoc modo. Centro e: immitte pedē vnum circini

reliquū extēde ſm plani capacitatē & produc circulū quē ſupremū nominabim⁹ Deinde circino contracto deſcribe aliū minorē aliquantulo pro gradibus partia libus zodiaci: Et iterū cōſtricto pinge tertiū ꝓ nūeris graduū. Quo iterū cōpreſſo lineato quartū pro noībus, characteribus, aut numeris ſignorum inſcribēdis. Supremū circulū more vulgato in quatuor æquas ptes diſtribuæ: quas quartas, quadrantes aut quadripartia appellamus, a punctis partiū duc duas diametros orthogonales q̄s notis ſignabis: hoc mō. ſiſte a: notā in pte ſuperiori interſectionis circuli ſupremi & diametri deſcēdentis. b: ſiniſtrā verſus in interſectiōe memorati circuli & diametri tranſuerſæ. c: ſit in diametro deſcēdenti e regione a: d: vero in obiectu b: Quamlibet quartā partire in tres æquales quas ſigna nominamus. Quodlibet ſignū in ſex diſtribue ptes: & vnamquāq; in quinq;: & habebis 360 ptes quas vſitato gradus appellitamus. Iunge igitur regulā centro c: & primæ diuiſioni circuli ſupmi ab a: verſus b: progrediendo & trahe lineam a ſupmo circulo ad proximū ſibi ſubditum & formula hac vtere per om̄es diuiſiones: In quinta aūt diuiſione ducito lineā a ſupremo vſq; in tertiū circulum: & ſemp triginta huiuſmodi diuiſionib⁹ abſolutis duc in trigeſima lineā per om̄es quattuor circulos pro vnius ſigni cōplemento. Deinde in ſecundo ſpatio inſcribe nūeros de quinq; in quinq; creſcentes inchoando circa a: trāſeundo verſus b: tribuendo cuilibet ſigno trigīta gradus. in tertio interuallo ſcribito noīa, characteres aut numeros duodecim ſignorū puta. Aries, Taur⁹, Gemini &c. aut ♈, ♉, ♊, ♋, &c. aut 0 1 2 3 4 &c. Initiū ſumendo in interuallo in quo ab a: verſus b: deſcendit. Pone ante oculos tuos candide lector organū in calce ferme noſtri Calendarij impreſſum: & quę iam memorauimus: et in ſubditis aperiemus facillime capies

¶ Conſtructo igitur zodiaco, Equatorem Loci lunæ hoc pacto cōpones: Siſte vnū circini pedem in centrū e: & aliū emitte aliquantulū vltra ſupremū circulū: & circa literā a: deſcribe vtrinq; arculū, Viginti fere gradus zodiaci cōprehēdentē. Cuius & ſupremi circuli intercapedo gradibus æquatiōis lunę inſeruiet. At circino expaſſo ſuperadde aliū arculū pro numeris graduū. & iterū aliū pro titulis adde & minue, & tandem iterū aliū inſcriptioni aut titulo Equator loci lunæ accōmodandū. his arculis depictis, applica regulam pro vna parte ad punctum c: ſed vbi ſupremus circulus & diameter ab a: deſcendens ſeſe interſecāt: regulæ reliquā ptem iunge literæ a: a qua in partitione graduū zodiaci ſupputa verſus b: duos gradus, & iuncta regula trahe lineam a ſupremo circulo in arculum proximum: & iterum binis gradibus ſequentibus in memorato circulo recenſitis, iunge regulam: & duc lineam ſicuti iam ſupra monuimus. & per taliſmodi numerationem duorum graduum zodiaci, & regulæ adiunctionem, continuabis operationem vſq; in completionem octo graduum: quos æquatorios loci lunæ recte appellamus. In inſcripſione autem quarti gradus lineam prolongabis a ſupremo circulo vſq; in ſecundum articulum & in ſpatio competenti inſcribito 4. Conſimiliter age cum octauo gradu adſcribendo 8. Haud diſſimiliter formabis gradus & numeros ab a: verſus d: progrediendo. His gradibus ab a: verſus b: eundo adſcribe Minue, alijs vero ab a, verſus d/ adſcribe Adde in ſupremo arculorum interſtitio exara Equator Loci Lunæ. Et habes æquatorem Lunæ perfectum atq; completum. B

¶ Eccentrici Lunæ (vt vocant) deſcriptio fit in hunc fere modum, puncto, c, innecte filum tenuiſſimum, & id extende ab a, verſus, b, in arcu graduum æquationis Lunæ ad quattuor gradus & 56 minuta & filo ſic firmiter ſtante, pone pedem vnum circini in, e, centrum & vagum in medium fili dirigito quo facto transfer vagum in lineam, a, e, & imprime notam. Subinde collocabis filum in memorato arcu ad ſeptem gradus & triginta quattuor minuta, & apta circinum pro doctrina iam expoſita, & pinge notam in linea, e, c, harum duarum notarum centrum in diametro, a, c, inueſtiga & deſcribe peripheriam quæ eccentricus Lunæ appellabitur. C

D ¶Restat depictio Equatoris argumēti lunæ, imminente, pedē circini in centrū e
& cum vago sub infimo circulo zodiaci in pauxilla distātia describe circulū: cui
duos alios modicū distantes subscribe. Deinde regulā iunge e: cētro, & in zodia
co ad quattuor signa, 14 gradus, & 15 fere minuta: & attactū regulæ cum extimo
circulo æquatoris argumēti Lunæ iam depicto fac notā f: Itē eandē adaptabis ad
septē signa, 15 gradus, & 45 minuta: & iterū pinge notā in circulo extimo q̄ sit g:
Educ rectā lineam ex nota f: in g: sed occultā: quā ab f: in cōtactū diametri a: c: &
a: g: in eundē diametri cōtactū vtrinq̧ in duodenas æquas ptes distribue. haud se-
cus semidiametrū transuersa e: b: ab e: vsq̧ in intersectionē cū extimo circulo pti
re in 12 ptes. Consimiliter semidiametrū e: d: Officio circini accipe vnā duodeci-
mā semidiametri e: b: vel e: d: quā superadde vtrinq̧ a pūcto in extimo circulo si-
gnato versus zodiacū: & apparebūt in vtraq̧ semidiametro tredecim ptes æqua-
liter distantes. Idem fac cū vtrisq̧ partibus lineę occultæ super addēdo vnā duo-
decimā eiusdē versus zodiacū. His dispositis apta regulā ad duo puncta linearū
diuisarū sibi correspōdentia, viciniora diametro a: c: & ex vtraq̧ pte ad regulę at-
tactū cum circulo extimo pinge notā. Et hoc pacto cōtinua opationē cū singulis
duabus notis memoratarū linearū a diametro a: c: æqdistātibus, notas in extimo
circulo imprimēdo Quā sane opationē pficies a diametro a: c: organi versus b: id
est sinistrā ptem & ab eadē diametro versus d: hoc est dextrā ptem. Cæterū adiice
regulā centro e: & singulis notis extimi circuli: & duc lineas vsq̧ in subiectū cir-
culū, quibus adscribe numeros graduū hoc modo: 1 ad primā lineā ab a: versus
b: eundo, 2 ad sequētē lineam, 3 ad iterū succedentē, & sic deinceps vsq̧ in 13. Si-
mili formula procede a nota c: versus b: inserendo nūeros ab 1 in 13. Haud aliter
agendū est ab a: versus d: & a: c: versus d: In sūpmo aūt interstitio exarabis Equa-
tor Argumēti lunę. In infimo vero a nullo signo in sex scribito Adde: a sex in duo
decim Minue. Postremo centro e: innecte filū tenue: cui margaritā/nodulū ve ap
E pende: & aliud puncto c: limbi ipsius organi. ¶ Hæc hactenus de compositi-
one. Vsus aūt eius hic expectandus nō est: quē supra ppositiōe nona satis supq̧
explicauimus: quapropter lectorē ad eandē remittim⁹. Accipe charissime lector
causam condocefactionis fabricæ aut compositionis huius organi & aliorū nr̄o
Calendario insertorū hanc: vt quiuis pro libidine siue complacito suo possit con
struere huiusmodi instrumenta: etiā in maiori quātitate. Nā quanto organa astro
nomica fuerint maiora: tanto profecto certiora & cōmodiora. Pertimemus etiā
hæc organorū simulacra pp̄ter papyreas chartas humectatas, post excusionem
arefactas pauxillulum contrahi & variari.

De cōstructione Quadrātis p horarijs horizontalibus cōponendis Propositio 21.

A **Quadrantem horologiorum hori-**
zontaliū artificiose componere. ¶ In plano emussicato, ex
nota a: describe quadrantē quātumlibet: Eius arcui adde arcū
alium aliquātulo maiorē pro gradibus particularibus, & ite-
rum alium maiorem pro numeris graduum inscribendis. Et
ne optime lector in arcuum diuisione errore efficieris: obijce
arc⁹ q̄drantis pectori tuo: latusq̧ q̄drantis dextrū ad cōtactū arcuū signabis nota
b: Sinistrū vero c: Arcū interiorē aut minimū distribue a nota c: in b: in nongenas
(vt assolet) æquales partes: ad scriptis nūeris in spacio exteriori de qnario in qna-
rium crescentibus. Sic 5, 10, 15, 20 & sic deinceps in 90 vsq̧. Præterea latus a: c:
ab interiori arcu in notam a: hoc est in Centrum Quadrantis diuide in tres

ptes ęq̃s: adiectis notis, d nota media lateris, ẽ: seq̃nte ꝟsus a: cẽtrũ. Subinde siste vnũ pedẽ circini in a: cẽtrũ: & reliquũ emitte in notã d: & ꝑcrea arcũ occultum a nota d in lat⁹ q̃drãtis a: b: Consimilit̃ pedẽ vagũ circini applicato notæ e: & ab ea pinge arcũ occultũ in latus memoratũ a: b: Hi duo arcus occulti coassũpto arcu interiori q̃drãtis trib⁹ latitudinib⁹ seu trib⁹ aqlonijs subleuatiõibus polaribus accõmodabuntur. Primus nanq̃ interior quadrantis æleuationi polari aquiloniæ 36 graduũ. Secundus medius, eleuationi 49 graduũ. Et tertius subleuatiõi 62 graduũ seruiet. Quamobrem necessum erit vt ternis his eleuationibus excerpas ex tabulis excelsissimi mobilis, aut aliunde horizontales numeros, horis ante & pomeridianis in plano horizonti æquidistanti respondentes Quos tribus tabellis subditis quẽ breuissime adnotauimus. B

Tabelle tribus cõpositiõibus horariorũ horizontaliũ seruientes.

Tabella Prima					Tabella Secũda					Tabella Tertia				
Antemeridianę	Pomeridianę	Pro eleuatione Polari 36 Graduum			Antemeridianę	Pomeridianę	Pro Eleuatione Polari 49 Graduum			Antemeridianę	Pomeridianę	Pro Eleuatione Polari 62 Graduum.		
H	H	G	m		H	H	G	m		H	H	G	m	
11	1	8	57		11	1	11	25		11	1	13	19	
10	2	18	46		10	2	23	33		10	2	27	1	
9	3	30	26		9	3	37	3		9	3	41	27	
8	4	45	30		8	4	52	35		8	4	56	49	
7	5	65	29		7	5	70	28		7	5	73	7	
6	6	90	0		6	6	90	0		6	6	90	0	

¶ Ingredere igitur tabellam primã cuius titul⁹ est Tabella prima ꝑ eleuatiõe polari 36 graduũ: cũ hora 11 aut 1, & numerũ graduũ & minutorũ ibidem inuentũ, scilicet 8 gra: & 57 mi: recense in arcu 36 gradibus polaribus dedicato) quẽ iã sup̃ arcum interiorem quadrãdis nominauimus) a nota c: versus b: & ad finẽ pinge notam subtilem in eodẽ arcu. Deinde intra eandẽ tabellã cũ hora 10 aut 2, & numerũ graduũ & minutorũ scilicet 18 G: & 46 minuta e directo reptũ, supputa in memorato arcu & fini impinge notã. Nõ aliter opaberis cũ nũeris graduũ & minutorũ reliquis horis huius tabellę adscriptis. Præterea iunge regulam iustam cẽtro a: & ingredere secundã tabellam: cuius inscriptio est: Tabella secũda pro eleuatione polari 49 graduũ, cũ hora 11 aut 1 & numerũ 11 Gra. & 25 minutoꝝ cõputa queadmodũ supra docuimus in arcu interiori: & termino eius iũge regulã & vbi regula attingit arcum secundũ: hoc est mediũ occultũ ibi pinge notã. Item ex eadem tabella ad sedem horę decimę aut secũdæ accipe nũerum 23 G: & 33 minutoꝝ: Quo in arcu interiori cõputato, fini appone regulã & ad contactũ regulæ cũ arcu medio inscribe notã. Haud secus cũ nũeris reliquarũ horaꝝ hui⁹ tabellę opandũ ẽ. Deinceps tabellã tertiã cui supne inscribit̃: Tabella tertia ꝑ eleuatiõe polari 62 graduũ intra cũ 11 hora aut 1 & numerũ graduũ ac minutorũ sc; 13 G: 19 minu: numera in sæpius memorato arcu interiori: & exitui adijce regulã ex a. cẽtro egredientẽ & vbi abscecat arcũ tertiũ occultũ: infige notã: Nõ dissimilit̃ ꝓcede cũ nũeris aliaꝝ horaꝝ: huic tertię tabellę insertis. ¶ Notis accurate impssis, officio circini q̃re cẽtrũ triũ notarũ: horũ triũ arcuũ lineę a: c: q̃drantis ꝓximaꝝ: et ꝑ eas describe arcum manifestũ: horę vndecimæ antemeridianæ & primæ pomeridianæ accõmodandum. Subinde aliarum trium notarum lateri a: c: viciniorum centrum inuestiga: & per eas trahito arcum: horæ decimæ antemeridianæ, & C

secundę promeridianæ alligandū. Consimiliter operare pro tribus reliquis arcu
bus inscribendis, videlicet vnū pro hora nona & tertia, secūdum pro octaua &
E quarta, & tertiū pro septima & quinta. ¶ Arcubus horarijs descriptis, fabrica-
bimus scalā latitudinū aut eleuationē poli arctici: h pacto: lateri q̄drantis a: c: ad
iunge lineā pauxillū, ęque tn̄ distantē transeuntē ab arcu interiori q̄drantis in ar-
cum occultum supmū parteā aūt lineę a: c: ab arcu interiori in d: notā in 13 æquas
partes distribue. Similiter eiusdem lineæ partem d: e: in totidē. ab his notis trahe
lineas minutas in lineā æquidistantē, & videbis graduatā scalam exurgere 28 lati
tudinibus cōmodam. Cui adscribes numeros de binario in binarium aut terna-
rio in ternariū crescentes: inchoando ab arcu interiori latitudini 36 graduū dedi-
F cato, ac ascendēdo in arcū vsq3 supremū latitudini 62 graduū alligato. ¶ Immit-
te etiā pedē circini in a: centrū & duos arcus occultos fac manifestos. Ad postre-
mū stamen tenuissimū innecte centro: a: cui margaritā aut nodulū minutissimū
appendito. Hic palam pollicemur: vltra latitudinē 62 & infra 36 graduū alias in-
scribi posse: sed quia hoc cōstructu facile est: silentio præterimus.

De Horologijs Horizontalibus fabricādis Propositio vigesimasecunda.

Horologium Horizontale in qua-

A uis propemodum habitatione fabricare. ¶ De constru-
ctione quadrantis horariorū horizontaliū hactenus dictum,
hinc de fructu eius dicere aggrediemur. Horologium igitur
aut horoscopiū horizontale in omī habitatiōe a latitudine 36
graduū in latitudinem 63 hoc pacto fabrefacies. Insiste vnum
pedem circini in a: centrum quadrantis alterū distendito in ar
cum interiorem eiusdem: & in planicie quapiam circulū describe quem lineata
diametro in duos semicirculos dispesce: alterū semicirculorū horarijs lineis desi-
gnandis accommoda. Eius itaq3 semicirculi peripheriam diuide per medium: &
a puncto mediæ sectionis ad centrum circuli lineā duc rectam: quæ horæ duode
cimæ inseruiet, diameter autē circuli dudū lineata geminæ horæ sextæ, videlicet
antemeridianæ & pomeridianæ accōmodabiť. Quæ res vt clarius agatur & defi
nitius absolui possit: peripheriā semicirculi obijce pectori tuo: ita vt linea horæ
duodecimæ aduersus te porrigať. Sic ergo diametro circuli in duas semidiame-
B tros resoluta, dextra quidē semidiameter horæ sextæ ante meridianæ seruiet. Si-
nistra aūt sextæ pomeridianæ. ¶ Reliquas horarū lineas hac formula inscribes
Filum quadrantis ponito ad scalā latitudinum & moue indicem hoc est marga-
ritā aut nodulū filo adherentem ad eleuationē poli aquilonij tuæ habitationis in
scala signatā: Dein translato indice ad lineam horæ primæ habebis in arcu qua-
drantis interiori inter filum extensum & latus sinistrū quadrantis distantiā vnius
horę a meridie: quā circino cōprehensam traduc ad semicirculū horalogij con-
ficiendi figendo scilicet alterum pedem circini in extremo puncto horę duodeci-
mæ: alterius autē circūducti vtrinq3 pinge notā in arcu semicirculi. duasq3 notas
sic pictas cum centro horalogij cōtinua per duas rectas: quarum dextra quidem
vndecimā horā ante meridianā: sinistra autē primā pomeridianā significabit. Prę
terea pone indicem ad lineam horę secundę: & apparebit distantia duarū horarū
a meridie inter filum extentum latusq3 quadrantis. Hanc distantiā transfer quēad
modū iam monuimus ad circumferētiam horalogij: factisq3 duabus notis, ac
ipsis cum cētro horalogij copulatis, dextra quidē linea horæ decimæ, sinistra aūt
horæ secundæ dedicabitur. Haud secus efficies reliquas horologij lineas: posito
indice in quadrante super cæteras horarū lineas. Ad hunc modum semicircul'

horologij duodecim horarijs spacijs distinguitur. Cū aūt dies æstiui (ꝑ vt ex ta
bula generali quantitatis dierū facile addiscitur) plurib⁹ ꝙ duodenis cōstent ho
ris: reliquas horarū distantias hac via scrutaberis. Quanto est intercapedo quintę
& sextæ horarum in circumferentia horologij: tantū officio circini adiūge vtrinq̧
horę sextę, factisq̧ per pedē circini vagū duabus notis, ac eis cum centro ꝑ lineas
rectas copulatis: dextra quidem horā quintā antemeridianā, sinistra vero septimā
pomeridianam indicabis. Item accepta similiť intercapedine duarū horarū quartæ
& sextæ, ac ea vtrinq̧ ad horā sexta adiuncta, si vt prius duas rectas duxeris lineas
dextra quidē horā quartā antemeridianā, sinistra octauā pomeridianā repsenta
bit. ¶ Cæterum descriptis lineis horarijs, loca filū quadrantis ad numerū ele C
uationis poli septentrionarij in habitatione tua: qui per abacū regionū deprehen
ditur. confestim em̄ apparebit angulus quidam filo ipso & latere quadrantis gra
duato contentus: Cui æqualē fabrica ex tabula lignea, aut lamina ferrea siue auri
chalcea: eumq̧ angulum ad lineā horæ duodecimæ sic applica vt cuspis eius cū
centro horologij ad unguem cōuenias. superficies autē anguli rectissime innitať
planicie horologij neutrorsum hoc est neq̧ hac neq̧ illac declinans. Poteris etiā
si collibeat ex cētro horologij educere filū ferreū aut aurichalceum seu ex quauis
alia materia ſm quātitatē anguli cōmemorati, eritq̧ vsus eius idem cū vsu anguli:
vtriusq̧ vmbra horas indicante. ¶ Hactenus de fabrica quā breuissime. Nūc D
ad positionē horologij uenire libeat, quæ haud cōmode sine linea meridiana cō
parari potest. Eius aūt inuentionis inter diu & noctu & in omī loco: pleniorem
alibi tractatū reddēmus. Est aūt vulgaris (vt Ioanni de Regiomōte placuit) lineę
meridianæ inuentio ad hūc fere modū. In plano ad æquidistantiā horizontis po
sito describe circulū quātūlibet: in cuius cētro fige stilum, teretem sic vt cacumen
eius quoquouersum æqualiter distet a circūferentia circuli. Ea aūt lōgitudine sit
stilus vt vmbra eius breuissima ꝙ accidit in meridie intra circulū termineť. Obser
ua igitur peraccurate & lynceis oculis stili vmbras æquales: antemeridianā & po
meridianā: quaꝝ videlicet vtraq̧ ad circūferentiā circuli desinat: factisq̧ duob⁹
punctis ad terminos vmbraꝝ arcus interceptus ꝑ æqua diuidatur: pūctusq̧ me
diæ incisionis cum centro circuli copuletur: quæ quātumcūq̧ etiā vtrinq̧ por
recta, erit linea meridiana quā quærebas. ¶ Cui iam supimpone lineam horæ
duodecimæ horologij: Ita vt semicirculus horarius ad Aqlonē spectet: Sole itaq̧ B
radiante vmbra anguli cōmemorati aut fili ferrei: aurichalcei ve horas indicabit
æquinoctiales quas vulg⁹ ęquales vocat. Si libeat poteris ex vna linea meridiana
queadmodū præcepimus inuenta, ꝑpemodū innumeras alias ꝙ facillime elicere
Nam in puncto horæ duodecimæ vbicunq̧ ꝑpediculū ex manu demiseris: si in
vmbra fili duo puncta vbilibet sumpta ꝑ rectā copulaueris: ea noua erit linea me
ridiana. Punctū autē horę duodecimę minister tuus ad horologium adstans tibi
quāuis absenti pronūciabit.

De Horologijs horizontalibus tabellarum opportunarū adiumento facile describēdis. Propositio 23.

Quod precedēs pollicetur proposi
tio adiumento tabellarū facilius absoluere. ¶ Cōponenda A
rum tabellarum huic negotio seruiētium in sylua matheseos
venatu passim cōplures cepimus modos: digniores autē hi.
Primū Geometrię initiť: describit em̄ ęquinoctialē quantūli
bet: & circulū horizontis pro poli septentrionarij sublimitate
propositę habitationis: ac horizontis zenith atq̧ alia congru
entia inuestigat: huic Astrolabij fabrica adiutricis porrigit man⁹. Secūdus huius
cemodi tabellas supputat per tabulas vetustas primi mobilis. Operatio ꝑfecto

laboriosa propter numerũ multitudinẽ sed admodũ perfecta, fructusq́ suauis. Tertius absoluit h negociũ officio tabularũ primi & excellissimi mobilis Ioãnis de monteregio Ostofranci, nostræ Germaniæ decoris, viri in mathematicis nũq́ satis laudati. Quartus deniq́ illas ipsas tabellas construit per organũ quadrantis Horarij decuius fabrica supra propositione vigesimaprima plene disseruimus.

B ¶ Si igitur per hoc organũ tabellas ad plurimas poli aquilonij eleuationes componere libeat: In plano describe quadrantem magnæ quantitatis, Ita q eius grad⁹ subdiuisiones facile capere possint: pro minutorũ prompta discretione, quẽadmodum in nostris organis maioribus visu est facillimum. Et huiusmodi quadrãte completo, pro vt memorata propositio vigesimaprima docet: Siste nodulum fili in scala latitudinis ad oblatam latitudinem aut eleuationem polarem. Subinde duc filum cum nodulo ad arcũ horæ vndecimæ antemeridianæ aut primæ pomeridianæ: & numeros graduũ & minutorũ arcus quadrantis a latere graduato vsq́ in filum diligenter animaduerte: Et eosdẽ inscribe tabellæ componendæ iuxta situm horæ vndecimæ antemeridianæ aut primæ pomeridianæ. Dein nodulum cum filo promoue ad arcũ decimæ antemeridianæ aut secundæ pomeridianæ: & numeros interceptos arcus quadrantis, inter latus graduatum & filum inscribe tabellæ ad sedem decimæ & secundæ horarum. Et hoc pacto operationem tuam continua pro reliquis horis: & extraxisti tabellam oportunam oblatæ polari eleuationi: pro Horarijs horizontalibus fabricandis. Haud dissimiliter operaberis pro compositione tabellarũ pro alijs polaribus eleuationibus. Hora aũt sexta nonagenos semper obtinet gradus Et ne lectoribus exempla desint: adiecimus infra decem tabellas summa diligentia elaboratas.

C ¶ His animaduersis & completis si horarium horizontale pro tua habitatione fabricare decreueris: In plano prolibito describe circulum: quem diametro ducta in duos semicirculos distribue: & quem ex his inscribẽdis lineis horarijs accommodaueris per mediũ secato, & a media quidem sectione ducito rectam ad centrum circuli quæ horæ duodecimæ meridianæ dedicabitur. Et hoc pacto semicirculus in binos quadrãtes est diuisus. Vnum quadrantium a linea meridiana in diametrum in nonagenas æquas resolue partes quas hodie gradus appellitamus: adscriptis (vt assolet) numeris 5, 10, 15, & sic deinceps vsq́ ad 90. Aduoca præterea Tabellam tuæ habitationi oppotunam aut nouam ex memoratis præceptionibus cõpone: Quã ingredere cum hora vndecima aut prima: & numeros graduum & minutorum e regione offensos, recense in quadrante in 90 diuiso, & fini notã imprime: a qua in centrum circuli duc lineam rectam horariam. Et pede circini vno in intersectionem arcus quadrantis & lineæ horæ duodecimæ immisso reliquo in notam impressam extenso, durante pede in intersectione arcus quadrãtis cum horæ duodecimæ linea, traduc hanc intercapedinem circino comprehẽsam in alium quadrantis arcum non diuisum: & a nota signata duc rectam horariam in centrum. Deinde tabellam iterum ingredere cum hora decima aut secunda: & numerum graduum & minutorum illic repertum, supputa in arcu quadrãtis diuiso a linea horæ duodecimæ & ad finem pinge notam: a qua in centrum procrea rectam horariam & fac traductionem in alium quadrantis arcum sicuti iam docuimus. Consimiliter intra Tabellam pro reliquis lineis horarijs figurandis. Ecce fabricam facillimam per quam Horarium horizontale cuiuscunq́ quantitatis dicto citius (vt ita dicam) componere potes. De inscriptione autem numerum horariorum ante aut post meridiem, Impositione indicis, inuentione lineæ meridianæ Iusta horarij positione & alijs consule propositionem vigesimãsecundã.

Tabelle Confectionibus Horariorum Horizontaliū inseruientes.

Tabella pro Eleuatiōe polari 45. graduū				Tabella pro Eleuatione polari 46 graduū				Tabella pro Eleuatione polari 47 graduū				Tabella pro Eleuatione polari 48 graduū				Tabella pro Eleuatione polari 49 graduū			
Antemeridianæ	Pomeridianæ			Antemeridianæ	Pomeridianæ			Antemeridianæ	Pomeridianæ.			Antemeridianæ	Pomeridianæ.			Antemeridianæ.	Pomeridianæ.		
H	H	G	m̄	H	H	G	m̄	H	H	G	m̄	H	H	G	m̄	H	H	G	m̄
11	1	10	43	11	1	10	54	11	1	11	5	11	1	11	17	11	1	11	25
10	2	22	12	10	2	22	33	10	2	22	53	10	2	23	13	10	2	23	33
9	3	35	17	9	3	35	44	9	3	36	11	9	3	36	37	9	3	37	3
8	4	50	46	8	4	51	15	8	4	51	41	8	4	52	9	8	4	52	35
7	5	69	15	7	5	69	35	7	5	69	53	7	5	70	11	7	5	70	28
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

Tabella pro Eleuatione polari 50 graduū				Tabella pro Eleuatione polari 51 graduū.				Tabella pro Eleuatione polari 52 graduū				Tabella pro Eleuatione polari 53 graduū.				Tabella pro Eleuatione polari 54 graduū.			
Antemeridianæ	Pomeridianæ			Antemeridianæ.	Pomeridianæ			Antemeridianæ.	Pomeridianæ			Antemeridianæ.	Pomeridianæ.			Antemeridianæ.	Pomeridianæ		
H	H	G	m̄	H	H	G	m̄	H	H	G	m̄	H	H	G	m̄	H	H	G	m̄
11	1	11	35	11	1	11	45	11	1	11	55	11	1	12	5	11	1	12	13
10	2	23	52	10	2	24	9	10	2	24	27	10	2	24	43	10	2	25	4
9	3	37	28	9	3	37	52	9	3	38	15	9	3	38	37	9	3	38	58
8	4	53	0	8	4	53	24	8	4	53	46	8	4	54	8	8	4	54	29
7	5	70	43	7	5	70	59	7	5	71	13	7	5	71	28	7	5	71	41
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

De Horologijs Solaribus muralibus meridiem examussim aspicientibus Propositio Uigesimaquarta.

Horologia Solaria (vt vocant) muralia, austrum recte aspicientia conficere. ¶ In medio plani erecti, horizonti ad libellam innitentis, atq; austro iuste obiecti, pro dimisso perpendiculo trahe lineam rectam, quæ horæ duodecimæ conficiendi horologij accommodabitur. In cuius superna parte duc aliam rectam transuersam, Orthogonalem lineæ horæ duodecimæ, Attactum autē lineæ horæ duodecimæ & trāsuersæ haud iniuria cētrum horologij appellabimus. In quo posito vno pede circini, reliquo distento describe semicirculum transeuntem per lineam horæ duodecimæ, vtrinq; sese finiens ad lineam transuersam quę modo diametri nomenclaturam sibi vendicat. Que quidem diameter duplici horæ sextæ videlicet antemeridianæ & pomeridianæ inseruiet. Quæ res vtrectius exponi possit: Obijce A

planum murale oculis tuis: & diametro semicirculi per cẽtrum in duas semidiametros diuisa, sinistra semidiameter horam sextã antemeridianã representabit: dextra vero sextã pomeridianã. Signet deinde lucidioris intelligẽtiæ gratia semidiameter sinistra ad contactũ semicirculi, litera: b: dextra: c: linea horę duodecimę a: & centrũ: e: Arcũ: a: b: quẽ iuste quadrantẽ appellitamus in nonagenas æquas partes distribue: adscriptis numeris 5, 10, 15 & sic deinceps, & stabit numerus 90 in litera: b:

B ¶ His pręordinatis, reliquas horarias lineas officio tabellarum subiectarum facillime inscribes. Supputauimus nempe non paucis lucubrationibus nouẽ & viginti tabellas, 29 polaribus sublimitatibus europeis accõmodas, titulis superne scriptis facile cõmonstrantibus. Ingredere igitur tabellam eleuationi polari tuæ habitationis congruentẽ cũ hora vndecima ãnmeridiana: & numerũ graduũ & minutorum e regione inuentũ cõputa in arcu diuiso: ab a: versus b: & ad exitũ pinge notam a qua in centrũ: e: rectã euehito, quę lineæ horariæ vndecimæ ãnmeridianę alligabitur. Subinde circino ex: a: in notã pictã expasso, pedẽ vago circumducto fac notã in arcu quadrantis: a: c: a qua ducrectã cũ centro: e: congredientẽ: q̃ horæ primæ pomeridianæ seruiet. Rursus eandẽ tabellam ingredere cũ hora decima: & graduũ & minutorũ numerum e directo repertũ, supputa sicuti antea ab a: versus b: in arcu quadrãtis partito, & rursus fini supputatiõis adiicito notã: quã centro per rectã copulabis. Eritq; linea horaria hora decimæ antemeridianę. Et facta traductione officio circini (queadmodũ iam monuimus) in arcũ q̃drantis a: c: & linea a nota ĩpressa in centrũ eiecta, erit hæc q̃dẽ linea horę secũdę pomeridianę. Assimiliter officio tabelle reliq̃s lineas horarias ante & pomeridianas horologio tuo inscribes. Et ad hũc modũ semicirculus horologii duodena horarum interualla obtinebit.

C ¶ Tametsi nõ ambigim⁹ oẽs nosse: æstiuos dies plurib⁹ q̃ duodeci ꝯstare horis: superuacaneũ tñ esset horologio murali austro obiecto lineas horarias ante meridianas sextam pręcedentes aut sextã pomeridianã subsequentes inscribere: Cum phœbus faciem talismodi horologii in plures q̃ duodecim horas irradiare nequeat.

D ¶ Cæterũ descriptis lineis horariis, pro indice horarũ ostentiuo imponendo, organũ qd' recentiores rectificatorũ seu verificatorum nominãt hoc pacto fabricabis. sublimitatẽ poli tuæ habitationis deme ex 90 gradibus: & residuũ eleuationem circuli æquinoctialis tibi indicabit. Quam quidem eleuationem æquinoctialis recense in arcu quadrantis a litera: a: versus b: & terminũ litera: d: affice a qua rectam occultam trahito lineam in e: centrũ. Et confestim apparebit angulus quidam lineæ horæ duodecimæ & occultæ interceptus. Cui æqualem ad vnguem fabrefacito ex tabula aut regulis ligneis: seu ex lamina ferrea, aurichalcea aut alia materia: Inscriptis etiã literis: a: d: e: pro anguli demonstratione. Et construxisti organũ rectificatorium aut verificatorium pro indice horario probe imponendo.

E ¶ Educ igitur ex centro e: horologii filum ferreũ teretem. Cui rectificatoriũ ad hanc formã aptabis: q; cuspis eius hoc est lr̃a e: cum centro horologii cõueniat: & linea: a: e: eiusdem rectificatorii horę duodecime innitatur: insidiatq; rectificatorium superficiei ad angulos rectos: postea filum ferreum subleua aut deprime vsq; adeo q; eius medium lineæ: d: e: rectificatorii in vnguem respõdeat: Ita q; filum a linea horæ duodecimæ neutrorsum declinet: hæc oĩa iusti gnomonis officio facillime absolues. Quo taliter firmato, erit id sua vmbra (vt eius vsus paucis dicatur) sole splendescente horarum æqualium index certissimus.

F ¶ Ex his palam & summatim inferimus: q; si in tabula quapiam regulari, Lignea, Ferrea, ærea, Aurichalcea, Stannea, Electrea aut id genus simili horologium pro exposita formula descripseris atq; construxeris: & versus austrum (vt facile fit) examussim erexeris habebis Horologium murale officium supplens muri aut parietis in notum tendentis. ¶ Addidissemus his duabus fabricis Horologiorum generalibus: In plano scilicet horizontali &

erecto in meridiem, alias non minus generales & vtiles constructiones horolo-giorum Solarium, & versus solis exortum & occasum, sed festinantibus impres-soribus qbus profecto nec mora vnq̃ est nec requies in præsentia præpediti su-mus, sed (vt spero) aliquando in lucem prodibunt: Condonet Deus Optimus Maxi: temporum mutator, ac sinat vt id, & quæ cupimus cætera ad hominum vtilitatẽ, qui nunc sunt: & qui post alijs erunt in annis: possimus efficere. ¶ Tã-dem hoc etiam meminisse iuuabit: Q₂ si eleuatio poli tuæ habitationis vltra in-tegros gradus minuta quędam habuerit: & te emuncta & exacta forsitan delectat operatio: ex Tabellis nostris sequentibus nouam tabellam tuæ habitationi om-nino accommodam hoc pacto excerpes. Tabellam integris gradibus eleuatio-nis tuæ habitationis inseruientem ingredere & omniũ horarum gradus & minu ta extra in abaco exara. Consimiliter ingredere tabellam sequẽtem vno gradum maiorem. & (vt diximus) gradus & minuta omniũ horarum pariformiter extra scribe alijs correlatiue. Graduũ igit̃ & minutorũ numerum secundæ tabellæ vt minorem, iuxta horam vndecimam aut primã scriptum, subtrahe a numero gra-duum & minutorũ primæ tabellæ maiori & correlatiuo, hoc est: ab horis & mi-nutis ad horam vndecimam aut primam, primæ tabellæ scriptis. Et qd' facta sub tractione remanet vocatur differentia id est, distantia qua numeri graduũ & mi-nutorum vnius tabellæ distant a numero alterius tabellæ. Et sunt hæ differentiæ in nostro negotio duntaxat minuta: de qua quidem differentia accipe partem ꝓ-portionalem (vt assolet) ẜm proportionem minutorũ vltra integros gradus ele-uationis poli tuæ habitationis existentium. Hanc itaq̃ partem proportionalem deme ex gradibus & minutis primæ tabellę, & residuum in gradibus & minutis inserito recenti tabulæ condendæ. Postea consimili operatione surripe gradus & minuta secundæ tabellæ, decimæ & secundæ horis inscripta a suis correlatiuis primæ tabellæ, & de differentia elicita & minutis eleuationis poli vltra integros gradus accipe partem proportionalem (vt iam præcepimus) quã subtrahe a gra dibus & minutis primę tabellę correlatiuis, & residuũ pandet tibi gradus & mi-nuta nouę tabellę ad sedẽ horæ decimæ aut secundæ inserenda. Consimilẽ opera tionẽ institues cũ gradib⁹ & minutis reliquarũ horarũ tabellarũ. Et hoc pacto ex-cerpes nouã tabellam habitationi tuæ omnimode & exacte congruentem: & fa-bricandis Horologijs pro tua habitatione accommodissimã. H

Tabelle ꝓ Muralibus Horologijs versus meridiem construendis exactissime supputate. I

Tabella pro				Tabella pro				Tabella pro				Tabella pro				Tabella pro			
Antemeridianæ.	Pomeridianæ.	Eleuatione polari 35 graduũ.		Antemeridianæ.	Pomeridianæ	Eleuatione polari 36 graduũ.		Antemeridianæ.	Pomeridianæ	Eleuatione polari 37 graduũ.		Antemeridianæ.	Pomeridianæ	Eleuatione polari 38 graduũ.		Antemeridianæ.	Pomeridianæ	Eleuatione polari 39 graduũ.	
H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃
11	1	12	22	11	1	12	13	11	1	12	5	11	1	11	55	11	1	11	45
10	2	25	18	10	2	25	2	10	2	24	43	10	2	24	27	10	2	24	9
9	3	39	19	9	3	38	58	9	3	38	37	9	3	38	15	9	3	37	52
8	4	54	49	8	4	54	29	8	4	54	8	8	4	53	46	8	4	53	24
7	5	71	54	7	5	71	41	7	5	71	28	7	5	71	13	7	5	70	59
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

Añmeridianę	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 40 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 41 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 42 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 43 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 44 graduũ.	
H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃
11	1	11	35	11	1	11	25	11	1	11	17	11	1	11	5	11	1	10	54
10	2	23	52	10	2	23	33	10	2	23	13	10	2	22	53	10	2	22	33
9	3	37	28	9	3	37	3	9	3	36	37	9	3	36	11	9	3	35	44
8	4	53	0	8	4	52	35	8	4	52	9	8	4	51	42	8	4	51	15
7	5	70	43	7	5	70	28	7	5	70	11	7	5	69	53	7	5	69	35
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

Añmeridianę	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 45 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 46 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 47 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 48 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 49 graduũ.	
H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃
11	1	10	43	11	1	10	32	11	1	10	22	11	1	10	10	11	1	9	57
10	2	22	12	10	2	21	51	10	2	21	29	10	2	21	6	10	2	20	44
9	3	35	17	9	3	34	47	9	3	34	18	9	3	33	46	9	3	33	16
8	4	50	46	8	4	50	16	8	4	49	44	8	4	49	12	8	4	48	39
7	5	69	15	7	5	68	54	7	5	68	33	7	5	68	11	7	5	67	47
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 50 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Tabella pro Eleuatione polari 51 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 52 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 53 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 54 graduũ	
H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃
11	1	9	45	11	1	9	33	11	1	9	22	11	1	9	10	11	1	8	57
10	2	20	21	10	2	19	58	10	2	19	34	10	2	19	9	10	2	18	46
9	3	32	44	9	3	32	11	9	3	31	37	9	3	31	2	9	3	30	26
8	4	48	4	8	4	47	28	8	4	46	50	8	4	46	11	8	4	45	30
7	5	67	21	7	5	66	55	7	5	66	29	7	5	66	0	7	5	65	29
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

Añmeridianæ	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 55 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 56 graduũ.		Añmeridianę.	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 57 graduũ.		Añmeridianę.	Pomeridianæ.	Tabella pro Eleuatione polari 58 graduũ.		Añmeridianę.	Pomeridianę.	Tabella pro Eleuatione polari 59 graduũ.	
H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃
11	1	8	43	11	1	8	29	11	1	8	15	11	1	8	1	11	1	7	49
10	2	18	18	10	2	17	53	10	2	17	26	10	2	17	1	10	2	16	31
9	3	29	49	9	3	29	14	9	3	28	35	9	3	27	55	9	3	27	14
8	4	44	49	8	4	44	5	8	4	43	19	8	4	42	32	8	4	41	44
7	5	64	58	7	5	64	26	7	5	63	50	7	5	63	11	7	5	62	30
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

Complementum tabellarũ pro horologijs muralibus 2c. construendis.

Tabella pro				Tabella pro				Talella pro				Ta ella pro			
Añmeridianæ	Pomeridianæ	Eleuatione polari 60 graduũ		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Eleuatione polari 61 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Eleuatione polari 62 graduũ.		Añmeridianæ	Pomeridianæ	Eleuatione polari 63 graduũ.	
H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃	H	H	G	m̃
11	1	7	27	11	1	7	21	11	1	7	5	11	1	6	50
10	2	16	4	10	2	15	38	10	2	15	8	10	2	14	41
9	3	26	34	9	3	25	52	9	3	25	9	9	3	24	25
8	4	40	54	8	4	40	2	8	4	39	6	8	4	38	10
7	5	61	50	7	5	61	4	7	5	60	16	7	5	59	26
6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0	6	6	90	0

¶ Tabellæ hæ præter vsum quem præstãt muralib⁹ horologijs cõponẽdis fabricãdisq; alios cõplures habent vsus abscõsos secretissimos, ac scitu dignissimos.

·I·M·S·

De horologij Quadranguli generalis compositione Propositio vigesima quinta.

Horoscopium Phoebeũ quadrangulũ generale, artificiose cõponere. ¶ In medio plani normati describe circulũ sup e: centro quãtumlibet quẽ duobus lineatis diametris sese ad anglos rectos secãtib⁹ in quattuor q̃drãtes distributo adsignatis literis a: b: c: d: in hunc modum A



Quadrantẽ: a: b: in nonagenos gradus partire: adscriptis numeris 5, 10, 15, & sic deinceps vsq; in 90 ita q̃ numerus 90 in b: locum habeat. Deinde officio circini accipe de quadrante partito: tres & vigenos gradus ac semissem solis maximã ab æquatore declinationẽ, & pede vno in: b: pũcto posito cum reliq̃ vtrinq; pingito punctũ in periphería circuli, pũcto versus a: literam adscribito: f. versus c: aũt h: Haud dissimiliter siste vnum pedem circini in pũctum d: & cum vago pinge duo puncta: vnũ versus a: cui literam g: & aliud versus c: cui literam i: adiũgito. Trahe duas rectas f: g: & h: i: Erit linea f: g: horę duodecimę meridianæ h: i: vero duodecimę pomeridianę. Totũ aũt spaciũ his lineis interceptũ reliqs horis añ & pomeridianis accõmodabit. ¶ Scalã latitudinũ (effigiẽ trigonisoschel habentẽ) q̃ suis cãcellatis lineis parti polares eleuatiões, ptim principia duodecĩ signorũ, eorũdemq; partiões cõplectit h̃ pacto cõponito, a pũcto h: in: f: duc cordã rectã, quã in loco sectionis ei⁹, cũ diametro b: d: lra: k: obsignato: Cui immitte pedẽ circini & aliũ extẽde in punctũ f: & describe circulũ obscurũ: f: h: appellatũ. Dein ex cẽtro e: pduc duas rectas: vnã e: f: vicẽ tropici brumalis, Alterã e: h: vicẽ tropici æstiui supplentẽ. Circulũ obscurum f: h: ab f: initiũ sumẽdo in duodenas ęquas ptes distribue: iũctaq; regula ad puncta quæq; bina ab f: ęqdistantia pinge notas in arcu circuli magni f: b: h: Arcu igit̃ notis affecto, pone regulã in centrũ e: B

& sup singulas notas arcus f:b:h: & trahe lineas patentes principijs signorũ seruientes. Erit igit semidiameter b:e: dudum lineata loco æquinoctialis & initiorum Arietis & Libræ. Sequens autem sinistram versus principijs Tauri & Virginis accõmodabitur. & iterũ sequens initijs Geminorũ & Leonis. Linea deniq; e:h: tropica æstiua, Cancri principio dedicabitur. Linea aũt quę æquinoctiali versus dextrã proxima est principijs Scorpij & pisciũ, subsequẽs Sagittarij & Aquarij, & tandẽ tropica brumalis Capricorni initio inseruiet. Hac igitur formula lineas signorũ initia significãtes probe descripsisti: quas aut eorundẽ cõsuetis characteribus, aut literis signorũ primarijs obsignabis. ¶ Signorũ subdiuisiones h mõ
C adito. Verbi gratia si per denos gradus signa subdiuidere decreueris quamlibet duodecimã circuli f:h: in tres æquales partes secato: & fm præceptionẽ supra de lineis signorũ initialibus expositam operare: & quãlibet signi intercapedinẽ in
D tres ptes distribuisti: quarũ vna denos cõtinet gradus. ¶ Lineas latitudinũ, hoc est, lineas eleuationũ poli septentrionarij quas zodiacos habitationũ nominam⁹ priores lineas ex transuerso secantes ad hunc ppemodũ modũ inscribes. Sed cũ in opere nostri Calẽdarij potissimũ res europeas tractamus, principiũ inscriptionis a trigesimoquinto gradu eleuatiõis poli aquilonij sumemus. Etsi ipsa opatio etiam ab æquinoctiali, aut principio primi climatis exordiri posset. Iunge igitur regulam centro e: & trigesimo quinto gradui quadrantis a: b: attactumq; regulæ & lineę f:g: puncto affice subinde regula in e: centro durante promoue ei⁹ ptem quadranti incidentẽ in gradũ trigesimũ sextũ q̃drantis a:b: & rursus ad attactũ regulę & lineæ f:g: punctũ imprime & sic gradatim ascendendo cũ regula in q̃drãte: a:b; cõtinua pũctorũ ipressionẽ in lineã f,g, vsq; in gradũ 63 vl 65. Pũcta lineæ f:g: officio circini traduc ad lineã: h: i, diametro a, c, æquidistãter. adiectaq; regula binis punctis diametro a, c, æquidistantibus duc rectas a tropico in tropicũ, quę vt diximus eleuationib⁹ poli borealis accõmodãtur, quib⁹ ob faciliorem discre-
E tionẽ adscribito numeros 35, 40, 45, 50, & sic deinceps. ¶ Hactenus de fabrica scalæ latitudinũ, nunc lineis horarijs pingendis opam adhibebimus. immittatur pes vnus circini in centrum e: reliquus exeat in intersectionẽ diametri: a, c, cum linea f, g, Et circino inuariato describe circulũ occultũ quẽ l, m, nominabimus. Ita q̃ l: locũ teneat in contactu diametri: a, c, & lineæ f, g, m, vero e regione in contactu eiusdẽ diametri a, c, & lineæ h, i, Eritq; linea l, m, diameter circuli occulti iã lineati. Et l, e, semidiameter Huius semidiametri medietatem circino comprehẽde & vno pede in l, fixo cum vago fac punctum, n, in linea f, g, versus f, Item siste pedem in m, & lineã h, i, versus h, puncto o, affice. Punctũq; n, cum o, p rectam copulato. Rursus circini officio cõprehende semidiametrũ: l, e, & ex memorato puncto l, pinge punctũ p, versus g, Et aliud q, ex puncto m, versus i, Quæ quidem puncta p, & q, etiam per rectam cõiunges. Erunt autẽ hæ duæ lineæ n, o, & p, q, termini linearũ horariarũ inscribendarũ Circulum igitur l, m, dudum lineatũ a puncto l, in 24 æquas ptes diuide. applicataq; regula ad singulas binas ptes circuli diuisi pũcto l, æquidistãtes pinge lineas horarias a linea n, o, in lineã p, q, Linea nanq; n, p, horę duodecime meridianæ seruiet. Et quę proxima est sinistrã versus horæ 11 antemeridianæ & prime pomeridianæ alligabitur. Et subsequens linea horę 10 antemeridianę & secundæ pomeridianæ & sic deinceps. Hos igitur numeros lineis horarijs aut superne aut inferne adscribito. Q si lineas semihorarias inscribere libuerit, quamlibet partem circuli in 24 diuisi, seca in duas, & operare pro semihorarijs lineis inscribendis, quemadmodum supra operatus es
F pro lineis horarijs. ¶ Adhuc construenda est scala exigua, quã zodiacum meri diei haud temere appellabimus. Supputa igitur in quadrante, a, b, Solis maximam declitnationem Et fini ac centro, e, iungito regulam & imprime notam lineę f, g, quæ vocetur, r, Deinde siste pedem circini in punctum, l, & alio extento

in notā:r:produc circulū occultū:quē a nota r:in duodenas ęquales ptes resolue
Iūctaq3 regula binis pūctis a nota r:vtrinq3 ęqdistantib⁹, ad attactū regulę pinge
notā in linea meridiei. Et hac forma procede cu3 singulis duobus pūctis a nota r:
æquidistantib⁹ pingēdo notas in linea meridiei. Huic lineę meridiei adde dextror
sum lineā æquidistantē pro signorū diuisionibus inscribendis, & duas alias pro
initijs signo⁊ & eorundē characteribus aut primis literis inserendis. Adde igitur
regulā notæ r: & duc lineam a linea meridiana vsq3 in vltimā æquidistantē quæ
principio Cancri inseruiet. subinde cū regula descende ad proximā notam lineæ
meridiei impressam & duc vt supra lineā per omes æquidistantes. Initijs Leonis
& Geminorū accōmodanda3. Et rursus promoue regulā ad notam sequētem &
procrea lineam pro exordijs Virginis & Tauri. Portiuncula autē diametri: a: c:
Arietis & Librę principia indicabit. Haud dissimilit̄ opare pro lineis initialibus
reliquorū signorū inscribendis. & tandem ab attactu circuli occulti cū linea me-
ridiana: n: p: in pte ima duc lineam pro initio Capricorni, his lineis in duob⁹ spa-
tijs exteriorib⁹ inscribito aut signorū characteres aut eorundē literas capitales ƒm
formula iam indicatā. Deinceps quālibet duodecimā memorati circuli diuisi par
tire in tres & adhibita regula (pro modo exposito) ad duo puncta a: nota r: æqui
distantia trahe lineolas a linea horę duodecimæ in proximā æquidistantē: & qđ-
libet signū in ternas partes quarū vnaquæq3 denos gradus continet distribuisti.
¶ Potes facilius sed in artificiosius meridianā hanc scalam p traductionē cōpo-
nere: quantū eñ distat linea: n: p: meridiei a centro e: tantū abest linea quadragesi- G
miquinti gradus scalæ latitudinū ab eodē centro: e: Quare si hanc lineam, hoc est
zodiacū quadragesimū quintū officio circini in lineā meridianā n: p: traduxeris
scalam meridianā dictio citius eriges. ¶ Brachiolum æreū, versatile qđ plures H
cursorem nomināt fabrefacito, cuius partē extremā supremæ lineæ latitudinū in
attactu eius cum diametro b: d: clauiculo affigito manū brachioli paruo pfora-
bis foramine cui filum perpendiculi innodabis: filū margaritā: aut nodulū volu-
bilē eidē similē possideat. Aut lineæ latitudinis tuæ habitationis cordā subtilem
super extendito Cui perpendiculi filum innectito Ita q in corda vltro citroq3 Li-
beræ decurrere possit. ¶ Ad postremū in suprema linea transuersa ipsius ho-
roscopij ad sinistrā erigatur proiector vmbræ: puta paruus stilus teres, lineæ ad I
angulos rectos initens. Aut fabrica duas pinnulas id est tabellas minutissimis fo-
raminibus pforatas: quales habet Alhidada in dorsu astrolabij, has nostri recen-
tiores pinacidia nomināt.

De cōmoditatibus Horoscopij Phoebei: quadranguli: Propositio Vigesimasexta.

Commoditates Horoscopij phoe-
bei, quadranguli generalis paucis ostendere. ¶ Ac de con-
structiōe Horoschopij Phœbei hactenus hinc eius commo- A
ditates paucis dicere aggredimur: prius tamen officijs partiū
huius Horoscopij summatim perspectis. In eo itaq3 scala est
Latitudinum: simulacrum gerens trigoni isoschelis. In quo
gemine apparent rectæ lineæ: Quarum altere quæ inuicem æquidistant: parallelę
vocatæ, eleuationes poli aquilonij definiunt: numeris suis latitudines habitatio-
num ostendentibus ad dextram adnotatis. Alteræ vero lineæ ad angustiam de-
scendunt concursum ferme petentes: signa zodiaci, denosq3 eorū gradus distin-
guunt: literis signorū primarijs opportune subnotatis. Discretionis aūt & diluci
dioris cognitiōis grā qlibet æqui, distantiū vocetur zodiac⁹ habitatiōis: quoniā
vnaqueq3 in signa gradusq3 secta cernit̄ per lineas inclinatas dehorsum veniētes
¶ Sub hac scala qdrangul⁹ descript⁹ est: ęqdistātes etiā rectas possidēs, qb⁹ iferne B

geminus horarum numerus adhæret: superior pomeridianis, inferior antemeridia nis accõmodandus. hæ sane lineæ, & horariæ, quãtitatis diei artificialis, solis exortus & occasus haud temere appellari possunt. quia hæc (vt ex subditis manifestabitur) per eas addiscimus.

C ¶ In dextro q̃drangulí latere adiacet scala breuibus distincta spatiolis: quorũ singula gradus denos signorum rep̃sentant, signa aũt iuxta literis suis initialib⁹ exarata sunt. Talẽ aũt signorum graduũq; contextũ haud iniuria quispiam zodiacũ meridiei aut signa meridiei appellauerit. In medio lineæ æquidistantis quæ latitudini 63 graduũ dedicata est adnectitur brachiolũ quoddã versatile qđ plures recẽtes Cursorem noĩant: ex cuius fine q̃ vocetur man⁹ demissum est perpendiculũ: cuius filo adhæret margarita aut nodulus volubilis horarũ index. Tandem in suprema linea transuersa horoscopij sinistrã versus figendũ est quidpiã qđ vmbrã iaceat soli oppositũ quale poterit esse paruus stilus teres vł aliquid huiuscemodi si horoscopiũ tuũ pinnulis aut pinacidijs caruerit: hec hactenus de ptibus horoscopij dignoscendis sunt exposita.

D ¶ Si igitur interdiu horã æquinoctialẽ siue æqualẽ addiscere volueris: aĩaduerte diligenter zodiacũ tuæ habitatiõis: Nam in eo semp foramẽ prædictę manus vltro citroq; decurret: Eam ergo manũ pone ad gradũ solis in zodiaco habitationis tuæ p propositionẽ octauam inuentũ, stabilitoq; filoq; perpendiculi libere demissi ad gradũ solis in zodiaco meridiei aptato transfer margaritã siue nodulũ filo adhærentẽ ad eundẽ gradũ solis. Quibus sic ordinatis sinistrũ horoscopij latus oppone soli radianti: Ita vt vmbra stili ad lineã cui incidet in vnguem porrigatur: aut si pinnulis vteris solares radij p pinnularũ foramina decidant. Cõcito eñ situs indicis inter lineas horarias quadranguli quæsitã demonstrat horã, antemeridianã quidẽ si paulo mox rursus vt iam instruximus habita obseruatione index dextro appropinquauerit lateri. Sin aũt ab eodẽ latere iuxta secundã obseruationẽ magis abierit: index pomeridianas indicabit horas. Quo autem pacto p hoc horoscopiũ noctu horæ æquales venandæ sint: cum id sine adminiculo quopiã externo difficile absolui possit: nõ hic sed in opere nr̃o de fabrica vsuq; instrumẽtorum astrologicorum tractabitur.

E ¶ Brachioli manu pro loco solis (vt iam docuim⁹) stabilita ppendiculoq; lineis horarijs æquidistãter demisso, si a latere dextro quadranguli, in superiori ordine nũerorum in filũ ppendiculi tps supputaueris: occasus solis exhibebit tempusq; semidiurnũ, quo geminato totũ diurnũ cõflabitur: hoc est magnitudo diei artificial. Quia ex 24 horis ablata nocturnũ remanet tps. Q si a latere sinistro quadranguli, in numeris inferioribus vsq; ad filũ recẽsueris: tẽpus exortus solis prodibit. Ex his facile officio horoscopij cõcludes maximã diei æstiui quãtitatẽ Et cõtra brumalis breuitatẽ, dierũ augmentũ & decrementũ & alia cõplura valde iucunda & præcipue ipsis Geographis accõmoda.

De Constructione Instrumenti generalis Horarum temporaliũ. Propositio vigesima septima.

A **I**Nstrumẽtũ generale horarũ temporalium breuiter construere. ¶ Per propositionẽ secundam nostri elucidarij de fabrica astrolabij describe limbũ: horas æquales & gradus æquinoctialis continentẽ. Per tertiã ppositionẽ eiusdẽ depinge sub limbo tres circulos: videlicet tropicũ Capricorni, æquinoctialẽ, & tropicũ Cãcri. Per q̃rtã aũt lineã bis horizontẽ p latitudine 63 graduũ. Quib⁹ sic p ordinatis, portiões duorum tropicorũ Capricorni & Cãcri sup̃ horizontẽ cadẽtes, in duodenas æq̃les ptes distribue Consimiliter alias duas sub horizonte in totidem. Æquinoctialẽ aũt ab intersectione eius cum linea meridiana: a: c: appellata, in 24 æquas secato partes. Deinde trium punctorum lineæ meridianæ; a; c; supra horizontẽ, versus Orientem

viciniorum, quorũ primũ est in tropico Capricorni, Secundũ in æquinoctiali, & tertiũ in tropico Cancri, centrum ministerio circini inuestiga, & describe arcũ per hæc tria predicta puncta vergentem. Et circino inuariato quęre centrũ triũ punctorum eidem lineę meridianę: a: c: proximorũ, in memoratis tribus circulis supra horizontẽ, versus occidentem constitutorum & trahe alium arcum his tribus punctis respondentẽ. Rursus inquire centrũ pro alijs tribus punctis primo arcui descripto vicinioribus versus exortum: & per ea ducito arcum. Circino q; durante sine variatione, pinge arcum transeuntẽ per tria puncta secũdo arcui versus occiduũ propinquiora, & hac forma operationẽ cõtinuato donec om̃es arcus horarios videlicet decẽ supra horizontẽ descripseris. Haud secus operaberis cum punctis sub horizonte cõstitutis lineæ: a: c: vicinioribus. ¶ Arcubus horarijs depictis adscribe numeros congruẽtes puta primo arcui partis orientalis supra horizontẽ 1, Sequenti versus dextram 2, & succedenti 3 & sic deinceps. postidebit q; pars horizontis occidua 12, hi arcus & numeri horis tpalibus diurnis alligantur. Et recte discretionis gratia cũ horizonte rubro depinguntur. Arcui vero primo sub horizonte partis occiduæ adscribito 1, & sequenti dextrã versus 2, et sic scribendo progredere per lineã mediæ noctis vsq; in arcũ horizontis orientalem Cui 12 inscribito, Hi arcus & nũeri decenter atro scripti nocturnis horis inæqualibus accõmodantur. Demũ centro instrumẽti innodabis filum cui margarita aut nodulus horarũ index adhæreat. Fabrica igitur hæc instrumenti generalis horarum temporalium, at vsus huiusmodi. B

De noticia horarũ tpaliũ. Propositio 28.

Horas tẽporales facile cognoscere

¶ Horas tẽporales quæ & inæquales hodie nuncupãtur per Instrumẽtũ ad hãc rẽ expositũ hoc pacto deprehẽdes. Per propositionẽ decimãsextã aut decimãseptimã addiscito tps semi nocturnũ: qđ' gñaliter exorientẽ solẽ palam facit. Id q̃re in pte orientali Limbi: atq; eo transfer filũ instrumenti: pmoueto q; indicẽ ad arcũ horæ duodecimę. Deinde si hora pposita ęquinoctialis siue æq̃lis diurna fuerit: iungito filũ eidẽ horæ: & mox index inter arcus horarios diurnos horã tpalem indicabit. Erit aũt hora tẽporalis antẽmeridiana: si æqnoctialis antemeridiana fuerit. Et si ęquinoctialẽ pomeridianã supposueris: & illa pomeridiana erit. Haud secus ac iam pręcepimus p hora nocturna tpali dignoscenda operaberis: si em̃ filũ indice manente inuariato ad horã æq̃noctialẽ nocturnã pduxeris: Index inter arcus horarios nocturnus horã tpalem demõstrabit: quæ ante noctis mediũ hora notabitur: si æqnoctialis añ accepta fuerit. Et p' si post. ¶ Cõtuendũ q; p̃sens ppositio docet cõuersionẽ horarũ æqnoctialiũ in tpales. cognita em̃ hora æquinoctiali, tpali incognita, officio huius instrumenti & doctrinæ iã expositæ tpalis cognoscetur. Cõtra vero hora temporali scita, æquinoctiali ignorata, Equinoctialis hac lege scieť: Verificato indice fili queadmodũ sup̃ documus: adiungito indicẽ horę tpali cognitę: & illico filũ in limbo horã æqnoctialẽ & eius ptem si qua fuerit manifestabit. ¶ Cæterũ sciendũ est harũ horarũ tpaliũ vsum quondã Palestinis, Iudęis, phœnicibus, syris, Chaldęis, Babylonijs & alijs nationibus celebrẽ fuisse. Nec hodie (vt plerique harũ rerũ osores arbitrant) earũ cognitio est posthabenda atq; abijcienda. Nã earũ sciẽtia plurimarum scripturarũ nobis intellectum aperit. Et vt digitulo duntaxat indicẽ: facile est videre in Matthei euangelio capite 20 in principio vbi legit' Simile est regnũ cœlorũ homini patrifami: qui exijt primo mane cõducere operarios in vineam suam &c. Et idem capite 27 sic scriptum reliquit. A sexta aũt hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã vsq; ad horã nonã. Eandẽ ferme scientiã legimus in Euange: Marci capite 15.

& Lucæ 23. Et in Ioannis euāgelio capite 11 scribit Nonne duodecim sunt horæ diei. Oīs eñ dies artificialis vt summatim dicatur duodecim possidet horas. & nox totidē. Intellige de horis tp̄alibus. Et in apostolorū actis capite 2 dixit Petrus apo: Iudeis Nō eñ sicut vos æstimatis hi ebrij sūt: cū sit hora diei tertia. Et capite 3 habetur Petrus & Ioannes ascendebant in templū ad horā orationis nonā. Lege si libueris Orosiū libro 7 capite tertio, Dionysiū arcopagitā in epistola ad Apollophanē, Macrobiū libro secundo de somno scip: Et alios quos pro harum rerū attestatione citare noluimus.

De Horis planetarū & eorundem gubernamento. Propositio vigesimanona.

Horas planetarum atq3 eorū dominatū facile deprehendere. ¶ Horas temporales quas cōmemorauim⁹: Prisci (teste Hermeti tri:) potissimū Babilonij
A & eorum imitatores dominatui & gubernamēto Luminariū ac planetarū distribuebāt. per duodenas horas dies quoscūq3 ac etiam noctes diuidebāt. Saturno inter vaga astra supremū obtinente orbem ac sedē, Sabbatū dicauere. Mandauit quippe Moses hebręis sabbati ocium: Saturni aūt dies actiōibus ciuilibus bellicisq3 ineptus, cōtemplationibus aptus existimatur. Quare eo die diuinū contra discrimina patrocinium obsecrarunt. Qđ quidē impetrari posse aduersum Martis & Saturni minas plures hebręorū astrologi præcipue Habraham & Samuel eleuatione mentis in deū votisq3 ac sacrificijs cōfitentur. Illud Chaldeorꝝ præceptū affirmantes. Si mētem ad pietatis opus ardentē erexeris corpus quoq3 caducū seruabis. Saturno igitur sabbatū & primā diei horam tribuebant: Secundam Ioui, Tertiā Marti, Quartā Soli & sic deinceps. ordīe suato tā horarū q̄ planetarꝝ, nocturnas etiā horas diurnis subiungentes. Ita vt percursis quattuor & viginti horis, planetisq3 q̄s necesse est repetitis, quinta & vigesima hora hoc est: prima posteræ diei quartū ex ordine planetā possideat: sic prima hora seq̄ētis diei id est: Dominicę Soli alligāt & quę
B deinde succedūt horæ vt pri⁹ planetis suis accōmodant. ¶ De his rebus plura scripsimus p̄te secunda elucidationis astrolabij in p̄sentia paucula hęc adnectere decreuimus. Si igitur collibet scire cui planetæ debeatur hora q̄libet oblata: scias in primis cuius planetę sit dies ꝓposita. Qđ facile his metris cognosces. Prima dies Phœbi sacrato nomine fulget. Vendicat & lucens feriam sibi luna secūdam. Inde dies rutilat iam tertia Martis honore. Mercurius q̄rtam splendentē possidet altam. Iupiter ecce sequens quintā sibi iure dicauit. Cōcordat Veneri magno cū noīe sexta. Emicat alma dies Saturno septīa sūmo. Quo cognito pone añ oculos tuos Instrumentū horarꝝ tp̄aliū: indiceq3 vt añcedēs docuit rectificato, si hora oblata diurna fuerit: eādē in arcub⁹ horarū diurnarū inuestigato, & cæra aut id gen⁹ aliq̄ notato: Nā si ī primo arcū diurno planetā diei sistes: et seq̄ētib⁹ arcub⁹ seq̄ētes planetas addicabis donec ad arcū ꝓpositę & notatæ horæ venies: illic planetā
C horæ gubernatorē deprehēdes. ¶ Sin aūt oblata hora nocturna fuerit: eādē in arcubus nocturnis inquirito atq3 aīaduertito. & vt iam p̄cepimus diei planetā primo arcui diurno dedicabis: & seq̄ētib⁹ arcubus diurnis & nocturnis sequentes planetas & eosdē vbiubi opus erit repetendo vsq3 ad arcū nocturnū aīaduersum p̄uenies, & ibidē planetā horæ dñm offendes. Q2 si forsan tp̄s dñatus deprehensi planetę tibi cognitū fuerit: iunge indicē fili arcui horario notato aut aīaduerso: & confestim situs fili in limbo horā æquinoctialē tibi cognitā manifestabit. Quod nos p̄ instrumentū docuimus: alij per notas articulorū ipsorū digitorꝝ absoluūt res est vulgata & a Ioanne de Regiomonte dilucide scripta, q̄re calamū retrahere

statuimus. ¶ Usus harum horarũ & planetarũ dominatuũ olim (vt diximus) D
Babilonijs freques fuit, quos plures astrologi non pœnitẽdi sicuti sunt videlicet
Abablerẽ, Albumasar, Bethen, Et nostra tempestate Marsilius Ficinus Florenti
nus Libro de vita cœlitus cõparanda capite 2. vbi dicit. Sunt autem querenda &
exercenda quæ ad aliquẽ planetã attinent, eo videlicet dominante in die vel hora
eius si fieri potest, etiam qñ ip se sit in domicilio vel exaltatione, vel saltẽ in triplici
tate sua aut termino, & angulo cœli, extra cõbustionẽ, directus. ¶ Sed occur- E
rit nobis, cur septenis dieb' a septẽario planetarũ nũero appellationẽ mutuãtibus
non seruet planetarũ ordo q̃lis Et in cœlesti mũdo. sed a Saturno verbi gratia ad
Solem, a sole ad lunam, a qua ad Martem, & ita deinceps binaria semp intercala-
tione salt' fiat. Id eñ (vt paucis dicatur) vigenęquaternę horæ q̃bus singuli dies
noctesq; conflãtur facta per eas planatarũ distributione exigũt. Quippe hoc suc-
cessu vigesimæ quintæ horæ, id est exordio posteræ diei quartus a priori planeta
duobus iam præteritis accommodatur.

De reductione horarum equinoctialium ad Solis Ortum et Occasum Propositio Trigesima.

Horas Equinoctiales a Meridie aut media nocte exorsas ad horas ab ortu solis aut occasu in-
cipientes reducere. ¶ Omnẽ horaꝝ æqnoctialiũ cõputũ
hactenus ad meridianũ retulimus. hoc est vel a meridie vel a A
noctis medio principiũ supputationis fecimus. In hac autem
propositione docebimus horas ad horizontem referre Quia
que ad modũ in subditis capies, plerisq; enos est a sole exoriente horas computa-
re. Nonnulli ab occasu solis horis diurnis initium facere in assuetudine habent.
Hic tamen palam profitemur, nostra tempestate a doctissi, & eruditissi, astrono
mis Viris Germanis, de horarũ varia reductione egregia cõmentaria cũ exactissi
mis organis esse disseminata. Et nos de vsu astrolabij non nullas huius rei propo
sitiones forsan nõ cõtemnẽdas scripsimus, quo circa hic dũtaxat paucula dicere
decreuimus vt tractatui de horaꝝ noticia complementum qd'dam statueremus.
¶ Neminẽ igitur arbitramur latere gentes vsq; quaq; varia dierũ obseruare initia. B
Athenienses a solis occasu diei initiũ auspicantur. Omne eñ tps a sol.s occiduo
ad solem iterũ occidentẽ diẽ vnũ esse dicũt. Et sic ab vna hora occasui vicina sine
numeri interruptione in quattuor & viginti computant. Babilonij a solis exortu
diei principiũ statuũt. Vocantes spatiũ nomine Vnius diei a sole exorto vsq; ad
alium eiusdem exortũ. Initium supputationis ab ortu solis sumentes & in vige-
nas quaternas finientes Vmbri vnũ & eundẽ diem esse dixerunt a meridie in se-
quentem meridiem. Sacerdotes Rhomani qui diem diffinite ciuilẽ, Egyptu, &
Hipparchus a media nocte in mediam noctẽ. Vulgus omnea luce in tenebras.
De his lege M, Varronẽ in Libro rerũ humanarũ quẽ de dieb' scripsit Item Aul,
Gelliũ noctiũ atticarũ Libro tertio capite secundo. Plyniũ libro secundo natur,
hist, capite 79. Et Macrobium libro primo saturnalium capite secundo de die &
vario modo distinguendi diem & noctẽ. ¶ Præterea nec id memoratu erit in-
utile, q horologiorũ sub tectis repositorũ, fabrili arte ex ære constructorũ, soni- C
tuq; horas denunciantiũ, nõ nulla appellantur integra q toti diei naturali adaptã
tur. Boemica eñ horologia more Babylonico die quolibet sole iamiam exori-
ente sonant 24 horas, subinde sole exorto sonãt 1 horã, post duas & sic deinceps
ẽm numeri naturalem seriem vsq; rursus in 24. Italica vero horologia integra ad
solis occiduũ sonant 24: & deinde exordiunt ab vna hora & discurrũt per omnes
horas vsq; in 24 quas sonitu produnt die postera sole occidente. Germanorũ &
aliarũ nationũ Horologia dimidia noiata, a meridie in noctis mediũ duodecim

indicant horas. Et totidem a media nocte in meridiem numerāt. Verũ Noribergēsium germanorũ horologia supputāt horas diei a solis exortu vsq; in occiduũ eiusdem ſm magnitudinē diei artificialis. Similiter noctis ab o ccasu solis inchoando vsq; in exortũ ſm noctis magnitudinē. ¶ Si igitur ad ortũ solis horas redigere: & quota sit hora ſm horologium integrum scire optaueris: subtrahe tempus seminocturnum diei propositi ab horis a media nocte recensitis & oblatis, cum supplemēto vigintiquattuor horarũ si alioqui subtractio fieri nequeat. a meridie vero exordientibus deme tps seminocturnũ duodecim superadditis horis. sic em̄ relinquetur numerus horarũ ab ortu solis numerandarꝫ. Ad occasum aũt horas hoc pacto reduces: detrahe tempus semidiurnũ ex numero horarũ a meridie incipientium superadditis quattuor & viginti horis si alias detractio fieri non possit: Si vero a media nocte fuerint computatæ, Deme tempus semidiurnũ duodecim super adiunctis sic em̄ residuabitur numerus horarũ a principio noctis cōputandarum. Hęc postremo de horarũ reductione explorare: & cœpto tractatui de earũ noticia finē statuere decreuimus.

De Celebritate ⁊ Dignitate Pasche.

Propositio Trigesimaprima.

A Pasche celebritatem: dignitatē et nobilitatem multis testimonijs affirmare. ¶ Saluatoris nostri Ihesuh Christi gloriosa ex mortuis resurrectio, magnam profecto nobis futuræ nostræ resurrectionis spem contulit. Quapropter Christi capitis nostri resurrectio ꝑ multa argumenta probari debuit: vt a nobis eius mēbris omne dubeitatis vulnus amputaretur. Hanc sane capitis nostri resurrectionē & nr̄am in fine seculi futuram Sanctus Iob qui ante legem scriptā fuisse asseritur: capite 19 his verbis apertissime indicat: dicens, Scio em̄ ꝙ redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum. & rursum circundabor pelle mea &c. & tandē addit reposita est hæc spes mea in sinu meo. Sup hęc ṽba scti Iob Diuus Gregorius 14 libro mora: sic scriptũ reliquit. Resurrectionē quā in se (intellige redemptor nr̄) ōndit in nobis etiā qnq; facturus est. Resurrectionē quippe quē in se ōndit nobis promisit: quia sui capitis gloriam sequuntur mēbra. Redemptor ergo noster suscepit mortē: ne morti timeremus. Ōndit resurrectionē vt nos resurgere posse cōfidamus. Vnde & eandē mortē nō plus q̄ triduanā esse voluit. Ne si in illo resurrectio differret: in nobis oī modo desperaret hęc Grę. Ad idem egregius ꝑdicator Paulus in pluribus suarũ epistolarũ locis ꝑcipue tn̄ 1 Cor: 15 vbi sic scribit. Quoniā qdē ꝑ hominē mors, & ꝑ hoīem resurrectio mortuorꝫ. Et sicut in Adā oēs moriuntur: ita & in Christo om̄es viuificabuntur. Pulchre adstipulaī Maximus Taurinensis epus in contione de resurrectiōe vbi sic loquitur. Est in christo resuscitato vniuscuiusq; nr̄m caro & portio sanguis. Vbi ergo portio mea regat: regnaturũ me credo, vbi sanguis meꝰ dn̄atur: dn̄ari me sentio: Vbi caro mea glorificatur: gloriosum me cognosco. Hæc maxi: Quocirca sacrarꝫ lr̄arũ interpretes ꝓhibent. Pascha id est trāsitũ arcano suo mysterio Christi in cruce imolationē pręfigurasse, & resurrectionē eius ad vitā significasse, & nũc eiusdē triũphalis resurrectionis signum esse rememoratiuũ & nostre resurrectionis significatiuum.

B ¶ Anno grę superiori decimoquarto supra millesimũ quingentesimũ fluente, apostolicis & Cęsareis lr̄is subdebito obediētię & ex cōmunicatiōis pœna, dn̄is celeberrimis, dn̄o rectori & consiliarijs florentissimi studij Tubingensis demādatũ fuit: vt de vera ac recta paschalis celebritatis obseruatione, Et Calendarij Rhomani ex tpis diurnitate collapsi reformatiōe, & errorꝫ inde ortorꝫ emēdatiōe nō nullas positiōes aut dissertatiōes in bonũ chatholicę ecclię & ṽitatis, ad sacrũ la-

teranense cõsiliũ tũc celebratũ mittẽdas studiose cõscribẽt. Dñi mei obſuandissi-
mi mihi vt astrologo hãc ꝓuinciã & si viribus imparẽ hũeris meis ĩposuere. Ego
obediẽtię filiꝰ q superiorꝝ iussa recusare aut negligere ingrati & ferme nefarij esse
hõis sp cẽsui: vt vires meę & tpis breuitas tulere p nõ nullas ꝓpositiões negociũ
absolui & qđ potui sum exequutꝰ. Has igit̃ ꝓpositiões & nr̃as lucubratiunculas
in calce nr̃i Calẽdarij cũ plena dilucidatiõe in lucẽ ꝓdire decreuimus. Etsi de ea re
multos doctissimos viros ad sctissimũ prẽm Leonẽ x. sacrũq; lateranẽse conciliũ
luculẽtissime scripsisse nõ ambigimus, & eorꝝ scripta p totũ ꝓpemodũ orbẽ disse
minata. Forsan mihi oĩm mathematicorũ peripsemati non omnino tacere licuit.
fluctuanti eñ & cũ obruentibꝰ fere vndis luctanti Diuꝰ Gre: mento ne obruerer
manũ supposuit: In paschali omelia ꝟbis his de se dictis me solatus est: cum inqt
Nunqđ si multis ꝓdesse nequeo: nec paucis curabo? Et si ex messe portare mani
pulos multos nõ possum: nũquid debeo ad areã vacuus redire? ¶ In primis igit̃ C
q̃ de vera paschæ celebratione & eius appendicibꝰ disserturus sum: tm̃ assertũ esse
volo: quantũ ab ecclĩæ Rhomanæ & quorũ interest iudicio & censura cõproba-
tur, supflua & minus docte ꝓbata obelis & verubꝰ iugulari cupio. de his etiã & si
q̃ alia sunt publice ꝓtestor. ¶ Ad ꝓpositionẽ igit̃ redeũtes ĩ primis aĩaduerti cõ- D
uenit: q festa fixa siue stata, & mobilia in eo distãt: Fixa nanq; seu stata nullũ in se
cõtinẽt mysteriũ aut sacramentũ: ſ3 dũtaxat significãt rẽ eo die gestã. Festa aũt quæ
lunę cursum insequunt̃, mobilia appellata, vltra rẽ gestam habẽt in se mysteriũ et
arcanũ aliquod. Ita q vltra rẽ gestã gerũt typũ siue figurã rei præteritæ aut futuræ.
Verbi grã Dies natalitius Christi dñi nihil futurũ indicat: sed solũ significat chri-
stum eo die sc3 25 mensis decẽbris natũ fuisse: nõ ergo celebratur ob sacramentũ
Pascha vero vltra rẽ gestã videlicet immolationẽ agni eo die factã, h3 in se arcanũ
& sacramẽtũ q̃a fuit futurę rei figura sc3 ĩmolatiõis christi ĩ ara crucis ꝓ redẽptiõe
hũani gñis & rememoratiuũ rei p̃teritę videlicet redẽptiõis filiorꝝ israel ab ange-
lo Egyptũ deuastante. Et mõ signũ rememoratiuũ resurrectiõis eiusdẽ christi sal
uatoris nostri paulo 1 ad Cor: 5 attestante cũ inquit pascha nr̃m imolatus est chri-
stus. Est etiam pascha nr̃m, resurrectiõis nr̃ę, & transitus de morte ad vitã signifi-
catiuũ. Quocirca ecclĩa cũ leticia cãtat. En rediuiuus mũdus ornatibꝰ Christo cõ
surgens fideles suos admonet. Post mortẽ melius cũ eo Victuros. ¶ De hac fe- E
storũ distantia egregie scribit Diuus Aure: Augustinus libro secundo ad inqui-
sitiões Ianuarij capite primo & secũdo, sic, Lectis lr̃is tuis (& infra) Queris q̃ cau-
sa sit: cur anniuersarius dies celebrandæ dñicæ passiõis, nõ ad eundẽ redeat anni
diẽ: sicut dies qua creditur natus (& post pauca) Noueris diẽ natalẽ dñi, nõ in sa-
cramẽto celebrari: ſ3 tm̃ in memoriã reuocari q natus sit: ac p hoc nihil opus erit:
nisi reuolutũ anni diẽ, q̃ ipa res acta est: festa deuotiõe significari. Sacramentũ est
aũt in alia celebratiõe, cũ rei gestæ ita rememoratio fit: vt aliquid etiã significari in-
telligatur: quod scte accipiendũ est. Eo itaq; mõ agimꝰ pascha: vt nõ id solũ in me
moriã qđ gestũ est reuocemꝰ: Id est, q mortuꝰ est christus & resurrexit sed etiã vt
cætera q̃ circa ea gesta attestant̃ ad sacramenti significationẽ nõ omittamus. Quia
sicut dicit apłus Mortuꝰ est ꝑpter delicta nr̃a & resurrexit ꝑpt̃ iustificationẽ nr̃am Rho: 4
Trãsitus de morte ad vitã in illa passiõe dñi & resurrectiõe sacratꝰ est. Nã & voca
bulũ ipm qđ pasca dicitur: nõ grecũ sicut vulgo videri solet: sed hebręũ esse dicũt:
q linguã vtrãq; nouerẽt. Neq; eñ a passiõe (qm̃ græce πασθέιν dicit̃ pati) ſ3 ab eo
q trãsitur vt dixit de morte ad vitã, hebręo ꝟbo res appellata est. In quo eloquio
Pascha trãsitus dicitur: sicut phibent qui hoc sciunt. Quod voluit & ipse Dñs tã-
gere, cum Dicit Ioan: 5 Qui credit in me transiet de morte ad vitã. Et maxime ide3
Ioan: 13 euãgelista hoc exprimere voluisse intelligitur: cum celebraturo domino
Pascha cum discipulis suis, vbi cœnam eis mysticam dedit: Cũ vidisset (inquit)
Ihesus quia venit eius hora vt transiret de mũdo ad patrem: Trãsitus ergo de hac
vita mortali in aliam vitã immortalem (hoc est de morte ad vitam) in passione &

mẽbra a capite discrepent: aut aliter gerãt: a quartadecima vero Luna primi mẽsis vsq; ad vicesimã primam eiusdem mensis eadem celebretur festiuitas. Huius cõstitutionis pars quæ incipit Celebritatem accepta est a Gratiano & de Cõse: dist: 3 inserta. ¶Nunc Sacrorũ Conciliorũ & synodorum decreta paucis subiungam. In prima igitur synodo, quæ post eam de quibus in actis apostolorũ, in Cesarea palestinæ olim Turris stratonis appellata, Victore summo pontifice adhortante est celebrata, Cui primus præfuit Theophilus eiusdẽ vrbis episcop⁹: Narcissus hierosolymorũ sacerdos & cum ipsis Cassius Tyrius, & Clarus de ptolemaida & cæteri multi: statutũ est pascha die dñica esse celebrandum & alijs ecclesijs intimandũ. De ea re scribit Eusebius libro 5 ecclesi: hist: capite 23: sic: Quibus ea tẽpestate ecclesijs præsidentibus, in prouincijs Asiæ quæstio nõ minima exoritur: velut ex antiqua eorũ obseruatione descendens, q̃ quartadecima luna putarent omni genere pascha obseruandũ, quando videlicet Iudæis agnus præcipitur immolari: veluti necessario cõfirmantes, quacunq; die septimanæ quartadecima luna venisset: solui debere Ieiuniũ. Cum talis consuetudo in nullis prorsus alijs vnq; obseruata fuisset ecclesijs. Ob quã causam conuentus epõrum & concilia per singulas quasq; prouincias conuocant: prorogatisq; ad se inuicem epistolis de singulis quibusq; locis, vnum omes ecclesiasticum dogma confirmant. Ne liceat aliquando nisi in die dñica in qua dñs surrexit a mortuis dñicũ paschę celebrare mysterium & in hac sola soluendum esse paschale ieiuniũ. Et idem Eusebius eodem libro ca: 25 sic scribit. Cum de hac quæstione ageretur: quid etiam apud ipsos (intellige memoratos episcopos & sacerdotes) Apostolica traditio contineret: circa finem decreti quod in Concilio eorũ statutũ est: hoc modo indicant. Epistolæ autẽ nostræ exemplaria per omnes ecclesias transmittantur: vti ne rei efficiamur animarũ quæ diuersis erroribus immergũtur. Designamus etiã vobis quia & apud Alexandriam eandẽ qua apud nos die: paschæ solennitas geritur: quia & ipsorũ nobis literæ deferuntur: & ipsi nostra scripta suscipiunt: vt pariter & consonanter diem festum celebremus. hæc Euse: ¶Theophilus synodi Cæsariensis præsidens cuius supra meminimus epl'am synodalem perquã vtilem scripsit in cuius calce sic inquit. Constitutum est in illa synodo vt ab vndecimo Calendas Aprilis vsq; in duodecim (alij codices habent in septimum) Calendas Maij pascha debere obseruari. Et nec ante nec postea cuicunq; limitem transgrediendi sit facultas. Similiter & de luna præceptum diuinum teneatur mandatum per Mosen sit vobis obseruatum, a decima quarta Luna vsq; ad vigesimam primam, has ergo septem Lunas in pascha similiter tenendo constat fuisse consecratas Quando ergo fit inter illum limitem: ad vndecimo Calendas Aprilis vsq; in duodecimũ Calendas Maij dies dominicus: & luna ex illis septẽ sanctificatis, cõuenit nobis pascha vt iussum est obseruare. In Christo Ihesu dño nostro qui viuit & regnat in sæcula sæculorũ Amen. ¶Præterea in Nicęa vrbe Bithyniæ Iussu Siluestri & Constantini Anno gratiæ 322 vel circiter celebratissimũ conciliũ celebratum est Cui interfuere 318 epi catholici viri sanctissimi & miraculis gloriosi. Gloriosissimus em̃ Impator Constantinus grauiter ferẽs discordiã Alexandri præsulis Alexandriæ, & Arrij, & audiens in vrbibus orientis aliquos contra omniũ statutum agere paschæ festiuitatem: Iudaice enim festiuitatẽ dominicã celebrabant: Propter vtrũq; igitur vt quietã faceret eccl'am festinabat princeps, putans hoc malũ posse pręoccupare: antecq; ad plurimos pueniret, misit virũ circa se fide & vita simul insignem: & confessionibus priorũ tpm pro dogmate comprobatum, vt compacaret Egyptios propter dogma tumultuantes: & orientales propter pascha discordes. Fuit aũt Hosius Cordubæ ciuitatis epus. Cumq; præter spẽ causa procederet: & hæresis potius q̃ pax sperata inualuisset: nihil impetrans qui fuerat pro pace directus ecclesiarum. Tunc illud famosissi-

mum in Nicæa concilium feruor principis excitauit publicis asinis atque mulis & curracibus equis episcopos & qui cum eis erant ad synodum venire præcipiens. Hic lege libro primo hist: tri: ca: fin: In memorato cõcilio vniuersali Nicęno Arrius Alexandrinus præsbyter in dogmate exitiali & misero deprehensus, palam productus est: & a sanctis patribus reprobatus, symbolum editum, & fides exposita, At de paschæ obseruatione antiquum statutum & decretũ Victoris papæ & martyris & synodi Cæsariensis ecclesijs renouatum & canonizatum Hi gloriosi patres tradiderũt. Qđ testatur Theodoricus libro 2 hist: tri: ca: 12 loquẽs de cõmuni decreto concilij Nicęni & epistola eiusdem, Alexandrinę ecclesiæ & ægyptiacis &c missa. Sic Sanctæ magneque die gratia Alexandrinæ ecclesiæ, dilectissimis fratribus p Egyptũ, lybiam & pentapolim cõstitutis, cõgregati & magnam sanctamque synodũ in Nicæa celebrantes episcopi, in dño salutem. (Et post plura sequitur) Euangelizamus aũt vobis & de consonantia sanctissimi: paschæ quia vestris orationibus est correctũ etiam hoc opus. Ita vt omes orientales fratres qui cum Iudæis primitus cęlebrabãt: consone cũ Rhomanis & vobiscum & cum omnibus ab initio pascha custodientibus ex hoc tempore debeãt custodire Exultantes itaque in his quæ gesta sunt & reliqua Accedit ad hoc eodem libro ca: 13 Socrates scriptũ reliquit de feruore principis Constantini: sic: habens em̃ prouidentiam pacis ecclesiarum vocauit ad synodũ Acesium nouacianorum religionis episcopus (& infra) requisiuit Imperator Acesium si & ipse consentiret in fide & paschalis diffinitione festiuiuatis, At ille nihil inquit noui o Imperator synodus definiuit: sic enim olim & a temporibus Apostolorũ ipse percepi: & terminũ fidei, & tempus paschalis festiuitatis. Idem Eusebius libro decimo ca: 6: describens diuina statuta sacresancti Concily Nicęni In calce capi: sic scribit. Igitur cũ de his pro vt diuinarũ legum reuerentia poposcerat decreuissent: sed & de obseruantia paschæ antiquum canonem per quem nulla de reliquo varietas oriretur ecclesijs tradidissent: omnibus rite dispositis, ecclesiarum pax & fides in orientis atque in occidentis partibus vna & eadem seruabatur. hæc ibi. ¶ In Synodo antiochena sancitum legimus: Omes qui audent dissoluere regulam sancti & magni Concilij Nicæni quod celebratũ est: In præsentia dei & amantissimi Constãtini Imperatoris, de sancta & salutari festiuitate paschali saluatoris nostri, ex cõmunicatos & abiectos esse debere ab ecclesia: maxime si perseuerant studio contentionis: ad subuertenda ea quæ optime constituta sunt, Et hęc quidẽ dicta sunt de laicis. Si autem de præpositis aliqui, id est episcopus, præsbyter, vel diaconus post hanc diffinitionẽ & hunc terminum ausi fuerint in subuersionẽ populorum & perturbationem ecclesiarũ seorsum colligere: & cum Iudęis decimaquarta luna pascha voluerint celebrare: Hunc sancta Synodus Iã alienũ ab ecclia iudicauit O
¶ In Chalcedone vrbe Bithynię ad bosphorum Tracium sita, Anno gratiæ 454 vel circiter auctoritate Leonis primi & Martiani principis concilium indicitur vniuersale: In quo 630 Patres congregati iterũ de paschali obseruatione grandis quæstio mota est: Et complures episcopi solenni iuramẽto, Hunc errorem qui ibidem hæresis quartadecima nominatur: publice abiurara sunt compulsi: quorum noĩa cũ forma iuramenti in actiõe prima eiusdẽ concilij sunt cõscripta, vbi sacrũ concilium pœnam imponit: sic: Omnes qui non celebrat sanctum diem Paschæ secundum sanctæ catholicæ ecclesiæ regulam anathema sit. P
¶ Post hæc verissima decreta summorum pontificum, & sacrorum Cõciliorum, venio ad viros alios excellentissimos qui suis dictis paschale sacrum apprime nobilitarunt: Diuus Gregorius Papa in homelia paschali quæ incipit: Fractus longa molestia &c. Pulchre paschale mysterium extollit his verbis, Hanc enim solennitatem recte nobilitatem solennitatum dicam: quia solennitates cæteras antecedit. Nam sicut in sacro eloquio sancta sanctorum, & cãtica cãticorũ, pro sui magni- Q

tudine dicuntur: Ita recte hæc festiuitas solennitas solennitatū potest dici. Et idem in eadem. Quid prodest interesse festis hominū: si deesse cōtingat festis angelorū. Vmbra venturæ solennitatis est solennitas præsens: Iccirco hanc agimus annue vt ad illam quæ non est annua sed cōtinua perducamur. Cum hæc statuto tpe geritur ad illius desiderium memoria nostra recurrat. Frequentatiōe ergo gaudij tēporalis ad æterna gaudia mens calescat & ferueat hęc Gre: ¶ Diuus Aure: Augustinus libro 2 de doctrina Christiana ca:41 sic habet. Quāuis de Egypto diues exeat: tamen nisi pascha egerit saluū se esse non posse. Pascha aūt nrm immolatus est christus. Idem Libro 2 ad Inquisitiones Ianuarij multa mysteria & sacramenta de sacratissimo festo paschę ac eius obseruatione luculentissime scripsit quē lege: & supra in E litera huius ꝓpositionis. ¶ Sanctus Hieronimus vir ecclesiastic⁹ desertissimus, in sermone de die dñico paschæ sic scripsit. Quomō Maria virgo mater domini inter omnes mulieres primatū tenet: Ita inter cæteros dies hæc oīm dierū mater est. decet igit̄ hanc celebritatē debito tpe obseruare: dicente domino Leui: 23 c: Istæ sunt feriæ dñi sanctæ q̄s celebrare debetis temporibus suis: quarta decima die mensis primi ad vesperam phase dñi est: & quintadecima die mensis huius solennitas azimorū dñi est. ¶ Diuus Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensis doctor celebratissimus In epl̄a ad epos per Emiliam cōstitutos scriptum reliquit. Non mediocris esse sapientiæ diem celebritatis diffinire paschalis: & diuina scriptura nos instruit, & traditio maiorum, qui conuenientes ad synodum Nicænā inter illa fidei vt vera ita admiranda decreta, etiā sup̄ celebritate memorata cōgregatis peritissimis calculandi decem & nouē colligere rationem. & quasi quendam constituere circulum ex quo exemplū in annos reliquos gignere: hunc circulum enneadecaterida nuncupauerunt: sequentes illud, ꝙ non debemus vana quadam opinione sup̄ celebritate huiusmodi fluctuare: sed vera ratione comperta ita omnium concurrat affectio: vt vna nocte vbiq̄ sacrificium pro resurrectione deferatur (multis interpositis insinuat ꝙ pascha die dominica sit cebrandum quare subiungit) die autem dominica exultandum propheta docet dicens: Psalmo 117 Hic est dies quem fecit dominus: exultemus & lætemur in eo Hæc Ambrosius. ¶ Quantam tandem curam & diligentiam sacratissimi imperatores, Viri religiosissimi, nunq̄ satis laudati, Constantinus, Theodosius, & Martianus habuerint: vt pascha sanctum iuxta dei mandatum & patrum decreta congruo tempore celebraretur: vt dissentientes in pasche celebratiōe ad concordiam pro virili reducerent: partim ex superioribus, & vulgatis historijs, & potissimum egregijs eorum operibus plus & dilucidius q̄ meis scriptis, etiā si in multas chartas extenderem: elici potest. ¶ Sed quorsum hæc verborum multitudo? Non arbitror quempiam latere: tria ex his omnibus (vt summatim dicatur) facile posse concludi. Primo enim infertur huius sacratissimi Festi Paschæ Celebritas, Dignitas, & Nobilitas, quemadmodum nostra sonuit propositio. Secundo, maxima cura & diligentia a priscis patribus habita, vt id festum rite, Iuste, & definito tempore celebraretur. Tertio, omnibus nobis summopere connitendum vt collapsum ex temporis decursu Pascha diligentissimo quodam studio reparetur & in statum pristinum redigatur. Ita vt per legitimam ipsius celebrationem in suum redeat splendorem. Nam cum temporum nostrorum conditionem mecum ipse repeto spero id nos potissimum ætatis incidisse: quo Pasca, & Rhomanum Calendarium, quæ longa vetustatis negligentia deperierant: Iā rediuiuo q̄dam spū in meliorē frugē excitent̄ atq̄ repullulent. Quod ita fieri argumētor a duob⁹ magnis luminaribus, q̄ non casu aut fortuito sed diuina quadā prouidentia nobis fœlicissime data auspicor: vt collapsa queq̄ erigāt: & q̄ a recto tramite deflexere: ad verum reducant. Luminaria dico summū totius Christianę religionis maximū sacrorum antistitē Leonem decimū. Et serenissimū ac inuictissimū Cęsarē diuū Maximilianū. Sūmus sane pōtifex Leo decim⁹ (vt paucis dicat̄)

argumentū firmū a denario sumptū(taceo in pręsentia Leonis arcana interpreta-ri)pstitit.Eo em̄ nūero testāte Gre:primo mora:summa perfectionis exprimitur Quę etiā Arithmetici cōplementū numerorū appellant.nam in eum vsq͞ numeri crescunt & post eum non dabitur numerus denario carens.Ecce denarij nūeri perfectio,complementū & vniuersitas.Concludo igitur maximū pontificē Leonem decimū summæ pfectionis exemplar vniuersarū virtutū & doctrinarū complementū,hæc denarij arcana pensitaturum,& vt ad nostrū veniam institutum: Calendariū Rhomanū & sacrum pascha ad perfectionē reducturū,ita completurū vt futuris sæculis in suo maneant splendore.Vt vniuersis christicolis fœliciter impertiturū.ad quę sacratissim⁹ Cæsar Maximlianus,diuino spiritu afflatus imperatoria virtute vsq͞ adeo adspirabit: q͞ eum non modo Cōstantino,Theodosio & Martiano adnumerabis:verū etiā millies superasse clamabis.

De celebratiōe Paschatis tpe exordientis ecclesie ꝛ dissentionib͞ ortis vsq͞ ad famatissimam ꝛ sacram Nicenā synodum. Propositio Trigesima secunda

Pasche celebratiōe₃ tempore initij ecclīæ Christianæ,& discordias exortas enarrare. ¶Differtur⁹ de pasche obſuatiōe In primis aīaduerti cōuenit,q͞ ꝑ tpe primęuę religiōis christianę,de hac obſuatiōe me in diuersis diuersa legisse:volo paucis si possū singulorꝫ sentētias exponere Sūt q̄ asserūt:Christū saluatorē nr̄m suis discipulis de ea re legem dedisse: hanc,Pascha celebrandum fore die suæ resurrectionis id est sui transitus de morte ad vitam immortalē.quē nunc dn̄icum appellamus.Quē etiā regius ꝓpheta diuino sp̄u afflatus longe ante p̄cinuerit ac indicauerit psalmo 117 canens,Hæc est dies quā fecit dn̄s:exultemus & letemur in ea.In ea assertione est sanctus Cyrillus ep̄us Alexandrinus in epistola ad Innocentiū papā tertium.Sanctū(inquiens)paschæ mysteriū eiusq͞ sacra solennitas sicut est a saluatore nostro apostolis tradita,illibata mansisset:si eā q̄rundā incipientiū peruersitas inter cætera fidei sacramenta minime cōtaminasset & reliq̄.Loquit aūt S:Cyrillus(ep̄la lucide manifestante)De obseruatione paschæ,quæ per ipsum,suos antecessores Theophilū nepotē suū,& alios ipsos Alexandrinos ac Egyptios obseruata fuit:sc₃ vt dn̄ico die post lunā decimāquartam primi mensis vsq͞ ad vigesimā primā pascha celebrari debeat Ad hæc pulchre accedūt scripta Protherij p̄sulis Alexādrini,q̄ Leone papa primo & Martiano pricipe adhortātib⁹ vt cycli Theophili luculētā ratione cōscriberet:Leoni p ep̄lam rn̄dit,sic,Lætificauerūt me lr̄ę dilectionis tuæ quas frater cœpiscop⁹ nr̄ victorius pio apportauit officio:oportebat em̄ vt ab Alexandrinæ ecclesiæ p̄sule talia scripta ad sedem ap̄icam mitterent quæ ostenderēt magisterio btīssimi Petri ap̄li paschalis festi cōputū ab initio p beatū Marcū eius discipulū didicisse Egiptios.qđ etiā ꝯstat didicisse Rhomanos & reliq̄.Ex hac ep̄la Protherij.Et ep̄la Leonis quā occidētalib⁹ trāsmisit:incipiēte.Dilectis frīb⁹ vniuersis ep̄is catholicis p Callaiciā & Hipaniā ꝯstitutis &c.euident patet pascha celebrādū esse die dn̄ico p⁹ lunā decimāquartū mēsis primi vsq͞ ī primā & vigesimā.Et hāc normā celebrādi Marcū a mg̃ro suo Petro didicisse,Petrū aūt a dn̄o & mg̃ro suo christo. ¶Sūt deinde alij q̄ dicūt:Io annē ap̄lm & euange:& Philippū discipl̄ū Asianis de celebrando paschate legē stattuisse,Petrū v͞o ap̄lm hesperijs h̄ ē rhomanis,latinis & occidētalib⁹ Asiani em̄ de asia minori vna cū hebręis luna q̄rtadecia in mēoriā cœnę dn̄icę pascha celebrabāt,seq͞ sic edoctos esse dicebāt a Ioāne ap̄lo & euā:Ephesino ep̄o,& a Philippo coap̄lo.Nō vt hi Christi discipuli dilectissimi legis vmbras custodire mādauerīt ſ₃ vt imitatores tāti mg̃ri lūa deciaq̄rta ita fieri placuit.Hui⁹ rei testis est Policrates

A

B

inter Asianos episcopos primatum agēs, qui Eusebio Libro 5 eccle: hist: capite 24 asserēte Victori episcopo Rhomanę eccl'ię sic scribit. Nos intemeratū paschæ colimus diem: neq; addentes neq; auferentes aliquid. Etenim magna q̄dam luminaria apud Asiam dormierunt: summi & electi viri, quos dn̄s suscitabit in aduentu suo: cū veniet de cœlis in g'lia & requiret om̄es s'c'tos suos, in q̄bus est philippus discipulus qui dormit apud Hierapolim sed, & duæ filiæ eius q̄ virgines seuerunt, & alia eius filia sp̄ūs'c'tō repleta q̄ apud Ephesū dormit, nec nō & Ioannes qui supra pectus dn̄i recubuit, qui fuit summ⁹ sacerdos & pontificale petalū gessit martyr & doctor eccl'iæ, qui & ipse apud Ephesum dormit. Policarpus q̄; apud Smyrnā ep̄s & martyr. Similit' & Traseas ep̄s apd' Eumeniā s; apud smirnā martyrio cōsummatus. Quid aūt dicā etiā Sagarē nihilominus sacerdotē & martyrē qui apud Laodiceam quiescit in pace, sed & papyriū, & machariū, & melitonē, p̄pter regnū dei enuchum & spiritus'c'tō repletū, qui iacet in ciuitate sardensium: expectans aduentū dn̄i de cœlis vt resurgat a mortuis. Isti ergo om̄es diem paschæ in quartadecima die mensis obseruauer̄t sc'd'um euangeliū nihil omnino extrinsecus agentes vel addentes sed fidei regulam per oīa cōseruantes Sed & ego oīm vestrū minimus Polycrates secundū parentū meorū traditionē obseruo, q̊s & ab initio secutus sum, septē nanq; ex parentibus meis per ordinē fuerunt ep̄i: ego octauus. qui om̄es ita obseruauerūt hunc diem vt cōueniret cū illo, quo fermentū Iudæoꝶ populus aufert hæc Policrates. ¶ Sanctissimus aūt ap'l's Petrus (vt hi asserunt) hesperijs id est Rhomanis, Italis, Latinis, & occidentalib⁹ legem dederit: Pascha die dn̄ica ob mysteriū dn̄icæ resurrectionis, a quartadecima luna vsq; in vigesimāprimā deberi obseruari: & ita successores ei⁹ summos sacerdotes viros ap'l'icos obseruasse. Id ex epistola p̄therij cuius pars supra est recitata satis concluditur. Neq; Asiam diffitentur immo de successoribus S: Petri confirmant. Nam vt scribit Eus: vbi supra Hyrenæus Lugdunensis ep̄us per suas l'r'as Victorem papam cuius constitutionem in propositione antecedente audiuistis vehementer redarguit: q̄ Asianos cum Iudæis pascha celebrantes ab ecclesię vnitate separauit: & post plura ad nostrum propositum addit. Et illi oēs ante Soterē præsbyteri qui ecclesiæ cui tu nunc præes sacerdotiū tenuerunt: Anicetū dico, & Pium, Higinū, Telesphorū & Sixtū neq; ipsi vt Asiani tenuerunt: neq; hi qui cū ipsis erant: & tamē cum ipsi ita nō obseruarent: pacem semper habuerunt cū illis ecclesijs quæ hunc obseruantiæ morē tenebant hæc igitur. ¶ Sunt præterea alij asserentes in exordio eccl'iæ de Paschæ celebritate neq; a Christo dn̄o neq; a sanctis apostolis aliquā legem esse traditam: sed per cōsuetudinē apud diuersas nationes huius paschalis celebritatis diuersas obseruatiōes inductas, Vt plurifariā asserit Socrates eruditissimis græcus Libro nono Historiæ Tripartitæ Capite trigesimo octauo. Sed mihi inquit non videntur huiusmodi veri de Festiuitate Paschæ rationabiliter ꝯtendisse: neq; isti qui nunc sequuntur Iudæos. Non enim mente præceperant: quia Iudaismo in Christianitatem mutato illa subtilia & figuratiua legis mosaicę quieuerunt. Q'd' hinc apparet: Iudaizare nanq; nulla gens Christiana percepit. E diuerso autē apostolis etiam contradixit: non solum circūcisionem prohibens sed etiam de festiuitatibus contentiones abijciendas monēs Scribēs em̄ ad Galatas ait dicite mihi qui sub lege vultis esse: legem non audistis: & hinc pauca loquens, seruum ostendit populum Iudæoꝶ: & ad libertatem vocatos qui accedunt ad christū. monet etiā nullatenus obseruandos dies & mēses & annos. Colosensibus autem scribenss magna voce clamabat: vmbrā fuisse obseruationes antiquas: Quapropter inquit nullus vos iudicet in cibo, aut in potu aut in parte Festiuitatis, aut initio Mensis, aut Sabbato quæ sunt vmbra futuri. Et ad Hebræos idem Apostolus dixit Mutato enim sacerdotio, necessarie legis mutatio fuit. Vnde nec Apostolus, nec Euangelia, accedentibus ad predicationem iugum seruitutis imposuerunt: sed festiuitatem Paschæ & alias celebritates

honorandas esse dixerunt. Quapropter quoniam diligunt homines huiusmodi celebritates: eo quod in eis a laboribus requiescunt, singuli per prouincias sicuti voluerunt memoriam salutaris passionis antiquitus ex quadam consuetudine celebrabant. Non enim hoc saluator aut nostri apostoli lege praedicauerunt: Nec poenam, aut supplicium, aut maledictum sicut lex Mosaica Iudeis, nobis euangelia aut apostoli sunt minati, sed solummodo propter derogationem iudeorum, quoniam & in festiuitatibus homicidium commiserunt in tempore azimorum saluatorem passum in euamgelijs est relatum. Intentio namque apostolorum fuit: non de diebus sancire festiuitatem, sed conuersationem rectam & dei praedicauerunt culturam. Mihi ergo videtur sicut multa alia per prouincias ad consuetudinem venerunt sicut & paschae festiuitas tradita est, eo quod nullus apostolorum aliquid hinc sanxisset. Nam plurimi circa Asiam minorem antiquitus quartodecimo die obseruauere: non respicientes sabbati diem, & hoc facienten, non tamen segregabantur ab illis qui aliter celebrant donec Rhomanae ecclesiae Victor episcopus excommunicationem quartadecimanis misisset in Asiam Quo facto Hyrenaeus Lugdunensis gallicanus episcopus Victorem epistola sua culpauit, dicens etiam veteres ita celebrasse. Et quia Policarpus Smyrne ciuitatis episcopus qui postea sub Gordiano principe martyrio coronatus est Aniceto episcopo Rhomano communicauerit: nihil discernens de paschali festiuitate, cum ipse quarodecimanus esset: sicuti Eusebius in quinto ecclesiasticae historiae docet Quidam igitur sicuti dixi in Asia minore quartumdecimum obseruabant diem. Quidam etiam circa Orientales plagas Sabbatum id est diem dominicum obseruabant. Hactenus Socrates & pluribus interpositis subdit, Pascha ex consuetudine quadam per prouincias celebrari & ad confirmandum adducit multas alias consuetudines apud alios & alios haud quaquam consimiliter obseruari Puta de numero dierum Ieiunij ante pascha & de ciborum dissimili abstinentia apud diuersos ieiunantes. Item diuersitas inuenitur in celebritate collectarum. Et alia plura ibidem vsque in finem capitis offendes quae diuersis subiacent consuetudinibus. ¶ Secundo loco contuendum, quod ecclesia dei coalescente, inter tot persecutionum genera (incredibile memoratu) ferme adulta, ac christiana religione & fide corroborata, Iudaica & legali constitutione de paschate celebrando neglecta & posthabita. Cum legalia tandem eis mortifera sunt reputata Variae & diuersae discordiae de obseruatione paschae sunt exortae. Anno enim christi domini 170 vel circiter tempore Soteris aut Eleutherij Rhomanorum pontificum Montanorum pessima haeresis & dissensio in lucem prodijt. Hostis quippe humani generis, ad salutem hominum debellandam, nihil vnquam ocij gerit. sed diuersas haereses & errores per singula quaeque suscitet loca Maximum enim sui generis serpentem apud asiam, phrygiamque produxit Montanum: qui se paracletum nominauit. Hic haeresiarcha natione fuit phryx De quo Appollinaris episcopus Hierapolitanus (teste Euse: 5 eccle: hist: ca: 16) sic scribit Vicus quidam dicitur apud Mysiam phrygiae qui appellatur Ardaban in quo aiunt Montanum quendam qui nuper ad christi fidem venerat: sub Crate Asie proconsule: inanis glorie cupiditate incensum repente mente alienata coepisse proloqui diuersa ab his quae essent a maioribus tradita: quem cum plurimi vt insanum repellerent: non nulli tamen agitari diuino spiritu putantes: eum sectabantur. Inter quos Prisca & maximilla clarae mulieres relictis viris suis eodem furore & insania refertae sunt: adeo ab eodem dementatae, vt affirmare praesumpserint illius inspiratione euasisse prophetissas. Cuius sectatores haeretici Cathephrygae appellantur: qui donum spiritussancti non apostolis, sed tamen ipsis traditum fuisse affirmabant, vt habetur in canone vigesimaquarta quaestione tertia Capi: Quidam autem & aduersus cathaphrygas Appolinaris Hierapolitanus non nullos aedidit libros de hoc montano & suis sectatoribus multa scribit Eusebius 5 Ecclesia: histo: ca: 14, 15, 16, 17, 18, & 19, Hi etiam Heretici erroribus suis altum errorem addentes, sacrum pascha non secundum lunarem cursum, sed solarem tantum obseruandum nequiter dogmatizabant. Vt Sozomenus nono Trip: hist: ca: 38 scriptum reliquit Montani inquiens quos phrygas nominant peregrinam quandam adinuentionem introducentes, secundum eam pascha celebrant. Culpant enim eos qui cursum

Lunæ requirūt: & dicunt solares tantūmodo cyclos sequendos, & menses quidē singulos esse dierū triginta definiunt: & inchoare primū ab æquinoctio vernali qd' est ſm Rhomanos Octauo Calendas Aprilis. Tūc n: inquiūt duo luminaria facta sunt: quibus tēpora & anni manifestātur. Et hoc indicari eo ꝙ luna ꝑ octo annos cū sole cōcurrat: Et ambo eundē nouū habeāt mensem. eo ꝙ octo annoꝝ cursus lunæ compleatur. Et tanꝗ principiū sit primi mensis: reputant prædictā diem in scripturis quartādecimā. Et hanc esse dicūt octauo Cal: Apri: ſm quā sp celebrant pascha. Si contingit etiam concurrere resurrectionis id est dñicā diem, Alioqui dñico superueniente celebrant Scriptū est eñ in quintadecima vsꝗ ad
F vigesimā primā esse celebrandū hæc Sozo ¶ Præter hos fuere alij prisci arbitrā tes pulchre congruere: vt quo die angelo nunciante humani generis redemtio ꝑ incarnationē christi inchoata fuerit: eo die festissimā eius resurrectionē peragi debere. ob hanc causam quotannis octauo Cal' Apriles paschale sacrū obſuabant, quia Christū dñm eodē die a mortuis resurrexisse credebant. Gallos idem fecisse testatur Theophilus Cæsariēsis episcopus in epistola synodali. Qd' etiā nō nulli
G Tuscis adscribunt. ¶ Rursus inuenti sunt alij qui quidem octauo Cal' Apriles anni principium statuere: sed pascha ab hoc quarto decimo die id est septimo Id' Apriles obseruabant acsi pascha lege præcipiente quartadecima die mensis primi obseruauerint. De hac re loquitur Socrates nono Trip: hist: ca: 38. ¶ Colli-
H buit cōmemoratis hæreticis Montanis ꝑ digressiunculā (vt similes similib' gaudeant) alios hæreticos puta Manicheos paucis adiūgere. qui dñicam resurrectionē in eoꝝ damnū maximū negauerūt. Anno nanꝗ salutis 270 aut circiē tpe fœlicis Rhomani pontificis (Teste Eusebio sexto ecclesi: hist: ca: 28) Manes quidam ſm nomen suū insaniēs, instinctu dæmonis agitatus inuisam & execrabilē omibus heresim docuit. Fuit aūt genere Persa vita & moribus barbarus: tam acer ingenio vt insanire vel dæmone adimpleri videretur. Deniꝗ Christi se nūc formā gerere conabatur ostendere: Nunc ipsum se esse paracletū dictitabat. Duodecim disipulos quos elegerat ꝗquauersus stultissima dogmata nunciatū mittebat: & h pacto Persica venena in nostro orbe ꝓpinabat hic ex Euse & sub Aureliano princípe Rhomā e perside venit. Hic hæresiarcha duo principia posuit inuicē cōtraria: Vnū scilicet bonū, alterū malum, tanto furore ꝑcitus dixit vnā in christo naturā diuinā tantū: non natū ex virgine Maria, neꝗ verā sed phantasticā & simulatā carnē humanis oculis ostendisse: non ꝑtulisse sed finxisse passionē: ficte sepultum, atꝗ resurrexisse. Hui' manetis assequaces dicti sunt manichei quorū spurcissima hæresis in plures ætates fuit diffusa, hi (vt ad institutū nostrū veniā) sacræ diei dominicæ, præ se ferenti diem dominicæ resurrectionis, diē exaltationis & læticiæ nullū honorē impenderunt: sed in christi resurrectionē minime credētes: in derisionē huius diei ieiunia indixerunt. Cōtempserunt etiā obseruare lunā decimāquartā ſm ecclesiæ præceptū. Et ex consequutione ut diuus asserit Augustinus Libro vnico Contra epistolā Manichei quā vocant fundamenti ca: 8 pascha domini plerunꝗ nullū, interdū a paucis tepidissima celebritate frequentauerunt nullis vigilijs, nullo prolixiore ieiunio indicto, nullo deniꝗ festiuiore apparatu sed Manetis Bema id est diē quo occasus est (biathanatos eñ perijt: & ad vltimū rex Persarū viuū cute derepta necauit) quinꝗ gradib' instructo tribunali, & præ ciosis lintheis adornato, ac in promptu posito & obiecto adorātibus magnis ho-
I noribus prosequuntur, sed de his satis. ¶ Ea tempestate qua Manicheorū venenū diffundi cœpit: Inuenti sunt alij qui præcepto dei neglecto pascha ante æquinoctium vernū celebrabant, Hos Anatolius Laodicē vrbis Siriæ episcopus reꝑhendit floruit aut Anatolius vir bon' sub Probo & Caro principib' Anno virginei partus 280 vel circiter: genere Alexandrinus eruditione liberaliū literarū & in philosophicis a puero apprime eruditus, paschalē descripsit canonē & in mathematicis libros decē. De quo ad nostrū ꝓpositū Eusebi' septimo eccle: hist: ca:

19 sic scriptū reliquit. Multa opuscula Anatolij magnifice composita ad nos vsq; venerunt: ex quibus dignum mihi videtur de pascha quid senserit: ipsius verbis proferre. Est ergo inquit in primo anno initium primi mēsis: qđ est decem & nouem annorū circuli principium. ſm Egyptios quidem mensis phamenoth vicesima sexta die. ſm macedones dijstri mensis vicesima secūda, ſm Rhomanos vero Vndecima Calen: April, in qua die inuenitur sol: non solum cōscendisse primā partem: verum etiam quartā iam in ea diē habere: id est in prima ex duodecim ptibus. Hæc autē particula prima ex duodecim, vernale est æquinoctium: & ipsa ē initium mensium & caput circuli. & absolutio stellarum, quæ planetę id est uagę dicuntur: ac finis duodecimæ pticulæ & totius circuli terminus. Et ideo non parum delinquere dicimus eos qui ante initiū hoc noui anni pascha putant esse celebrandum, Sed nec a nobis primū exordium sumit hæc ratio: sed ab antiquis Iudæis fuisse comprobata demonstratur: & ante aduentum christi obseruata. sicut euidenter docet Philo: & Iosephus. sed & horū antiquiores Agathobolus, & ab eo eruditus Aristobolus ex Paneade, qui vnus ex illis septuaginta seniorib⁹ fuit: qui missi fuerant a pontificibus ad Ptolæmeū regem Egypti hebræorū libros interpretari in grecū sermonē. Quicq; multa ex traditionibus Mosi proponenti regi percunctantiq; responderunt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent: dixerunt pascha non prius esse immolandū, q̄ æquinoctium vernale transiret. Aristobolus vero etiam hoc addidit. In die paschæ non solum obseruandu; esse: vt sol æquinoctiū vernale transcendat: Verū & luna. Cum eñ duo sint æquinoctia veris sc; & autūni æquis spacijs dirempta (alias directa): & q̄rtadecima mēsis primi sit statuta solēnitas post vesperā, quando luna soli opposita deprehēditur e regione: sicut etiā oculis probare licet. inuenitur vtiq; vernalis æquinoctij partem sol obtinens. Luna vero econtraria autumnalis. Legi in eorum libris & alijs multa de his validissimis assertionibus exposita: quæ euidenter ostendūt Paschæ solennitatem omni genere post æquinoctium celebrandū Hæc refert Eusebius: de Anatolio. ¶ Nūc dissensionem aut diuersitatem inter Asianos & Rhomanos in plura sæcula habitam explicare curabimus. Asiani eñ quēadmodū supra meminimus cum hebræis pascha semper peragebant, seq; ita eruditos esse asserebant a Ioanne apostolo & euange: præsule Ephesino & a Philippo Christi discipulo. Verū quidā sacrarum literarū interpres. Haud pœnitendæ autoritatis Asianos in hoc partim carpit. Cuius hæc sunt verba. Credo beatū Ioannē dominica die cum cæteris aplis pascha celebrasse Ratio mea est. Nam illa dies quæ olim in lege & in euangelio prima sabbati dicebatur: post assentionē domini. Dominica dies appellata est: q dominus in ea a mortuis resurrexit: nec solum vna die tm̄ resurrectionē dñi discipuli coluerūt: sed p anni circulū. Et ideo capitulo: Sabbato de con: dist: 3: legitur diem dñicum ob venerabilem resurrectionē dñi nostri Ihesuh Christi nō solum in pascha celebramus: verum etiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginē frequentam⁹ hæc ibi. Cum igitur ille quē diligebat Ihesus diē illam vocet dñicam: manifeste claret ipsum cum cæteris aplis dñica die pascha celebrasse eo q propter dñicam resurrectionē sortita sit nomē. Qđ aūt nominet eā dñicam ipsemet testis est: Nam Apocalip: primo ait. Fui in Insula quæ vocatur Pathmos propter testimoniū Iesuh Fui in spiritu in dñica die. Nō dicit prima sabbati quia antiquam synagogam reliquerat. Nec dicit in die Solis: ne cum gentiū dijs participationem habere videretur. Sed nonuo nomine ea; noiauit quia in ea resurrectio dñica facta est hæc ille. ¶ Sed precipue Rhomanis, Latinis, Italis & occidentalibus patribus placuit. Ne perfidos Iudæos imitari videretur: & obseruare legalia quæ ipsis (vt prediximus) mortifera sunt reputata / Sacratissimæ Paschæ celebritatem die dñica post lunā decimāquartā primi mensis peragi debere in memoriā potius dñicæ resurrectionis q̄ cœnæ dñi. ¶ Hæc autem diuersitas inter Asianos & Rhomanos habita, aliquandiu nullum præbuit fomitē

K L M

aut incitabulũ cõtentiõis aut discidij: Tẽpore nãq; Sixti, qui imperãte hadriano cognomento helio. Anno salutis 118 aut circiter, pontificatum Rhomanũ gessit Item tempore Thelesphori Papæ circa Annũ Christi 128 aut circiter Antonino pio imperium tenente, quamuis diuersitas celebrandi paschæ oĩbus ꝑpemodũ
N cognita fuerit: nullũ tñ hinc seminariũ cõtentionis intereos est ortum. ¶ Dein Thelesphori successor Higinus. Imperãte Antonino pio circiter Annũ dñi 140, cum Policarpo a Ioanne apostolo in episcopũ Smyrneũ creato & totius Asiæ religione & doctrina tũ facile principe Rhomam veniente quartidecimano id est cum Iudæis pascha faciente, nulla oborta cõtentione, benigne & pacifice cõuersatus est. Adijt eñ Polycarpus Rhomam tempore higini (vt aliqui asserunt) vt Martionis & Valentini falsa persuasiõe seductos ad fidem reduceret. & cum glo-
O rioso fructu ad Smyrnã redijt. ¶ Pius pontificatũ agens Anno gratiæ 144 aut circiter Antonino pio imperium tenẽte, Horũ duorũ piorum pa: pa: etiam nulla inter memoratos audita est discordia aut rixa. Nam pius consuetudinẽ & quidem magnam cum Hermete habuit: qui librum scripsit titulo pastoris insignitũ quo quidem in libro angelus pastoris personam induens, ei mandat vt oĩbus persuadeat pascha die dominico celebrari. Quapropter Pius decretalem epistolam ædidit: & ad omnes ecclesias misit. Quæ incipit Pius apostolicæ sedis archiepiscopus. eam lege supra propositione antecedente Nulla tamẽ inde suscitata ẽ
P contentio. ¶ Anicetus pij successor circiter annũ dñi 155 Cuius tempore (vt putant) M: Antonino Imꝑante. Polycarpus cõmemoratus Smirneus epus iterũ Rhomam venit: & cum Aniceto de paschæ celebratiõe dissensit. Policarpo asserente luna quartadecima celebrandũ, Aniceto vero contra id die dñico post lunam decimamquartam agi debere: sicuti a prædecessore suo pio decretum erat. Sed cum alter alterum in suam opinionẽ minime inducere potuit: sibi inuicem tamen pacifice cõmunicauerunt: licet in paschæ obseruatione dissentirent. De ea re Eusebius libro quinto ecclesi: hist: ca: 24 ex literis Hirenæi episcopi Lugdunẽsis sic scribit. Beatus aũt Policarpus cum ad vrbem Rhomã venisset sub Aniceto: cumq; de alijs non nullis parum quid habuissent inter se: statim tamẽ coissent in pacem: de hac quæstione ita egerunt: vt non vnusquisq; sententiam obstinata cõtentione defenderet. Neq; eñ Anicetus Policarpo suadere poterat: vt nõ obseruaret ea, quæ nouerat Ioannẽ discipulum domimi nostri, vel cæteros apostolos cum quibus ipse fuerat obseruasse, Neq; rursum Policarpus Aniceto ꝑsuasit ea deserere quæ ille dicebat se maiorũ more seruari. Cũq; hæc inter se ita habuissent: cõmunicarunt sibi inuicem. Ita vt cederet Anicetus Policarpo: & ab inuicẽ plena fide, pace integra, & firma charitate discedunt. vt omnes ecclesiæ siue quæ ita de pascha, siue quæ non ita obseruarent inter se tamen concordiam custodirẽt
Q hæc eusebius. Ad id facit Trip: hist: libro 9 ca: 38 lege supra in litera D. ¶ Tpe Soteris qui post Anicetum Anno salutis 169 aut circiter sedem Rhomanã possedit. Nulla vt facile conijci potest inter Asianos & Rhomanos de paschæ obseruãtia oborta est contentio, ꝓpter diuersas Montanorum aut Cathaphrygarũ, Appellitarũ & Tacianorũ hæreses, qui suis Hæreticissimis dogmatibus in ecclesia;
R dei vndiq; sæuiebãt & grassabantur. ¶ Euletherius post soterẽ circiter Annũ Christi 178 tpe cõmodi Imperatoris pontificatũ adeptus est. Hic pij ꝓdecessoris sui decretũ renouauit atq; cõfirmauit. Sed Asiani decreto non obstante Iudęorũ
S more pascha fuabant & hinc inde scriptis ꝯcertatũ est. ¶ Victor Euletherio successit Anno salutis nrę 192 vel circit, tpe Seueri principis crediderim Eo tpe ex diuersitate opinionũ de paschę obseruãtia magna oborta est cõtrauersia & cõtentio. Nã Victor pontifex reipu: Christianę vt pareat curã gerẽs cõstituit vt pascha die dñico celebrareť ex Euletherij sentẽtia (teste damasco) a q̃rtadecima lũa primi mensis vsq; in vigesimãprimã. Huius Victoris ꝯstitutionẽ lege sup ꝓpositiõe 31 Et Asianos cõtrauenietes & recusantes, patriũ morẽ et antiquã traditionẽ obser-

uare adnitentes, eos & eoꝝ ecclesias a cõmunionis societate abijcere & rescinde-
re minatus est. Adhortatusq́ insuper Orientales epos Theophilũ sc; Cesariẽsem
& alios, queadmodũ literæ cõmemoratæ constitutionis apte indicãt: vt vna cum
Rhomana ecclia pascha celebrarent. Quocirca in Cæsarea stratonis celebrata est
Synodus Anno grẽ 198 Cui Theophilus prefuit. Et ꝯcorditer conclusum Iuxta
Aplicam adhortationẽ pascha die dñica agi debere. & hoc alijs ecclesijs insinuã
dum. De hac synodo dilucidius leges sup̃ ꝓpositiõe 31. Eodẽ tpe (Eusebio libro
5 ca: 23 referente) facta est synodus in Rhoma vrbe cui Victor pfuisse indicatur.
Et in ponti prouincia Palmeas. Galloꝝ quoq́ sacerdotalis cõuentus extat. Bac-
chilum vero Corinthioꝝ ecclie epm. Qui oẽs diuersis in locis, vnã eandemq́
Iudicij sui sententiã protulere. Paschã die dñico post lunã decimãquartã celebrã-
dũ Quãobrẽ Victor Rhomanus põtifex his synodis suffultus. Asianis decimã-
quartã lunã obseruantib' sub excõmunicatiõis cẽsura mãdauit pascha die dñico
iuxta patrũ decreta celebrari. Et cõtrauenietes & patrũ sanctiones spernentes ab
vnitate ecclesie rescidit ac segregauit. ¶ Sed episcopi regionis Asiane (Eusebio
referente) seruandã magis a veteribus sibi traditam cõsuetudinẽ confirmabãt: In T
quib' polycrates q in eis primatũ agere videbat: ad victorẽ epm Rhomane ecclie
scribẽs, morẽ traditiõis antiq ad se vsq́ delatũ p hæc verba designat. Nos ỽo inqt
intemeratũ paschæ colimus diẽ &c. Lege sup̃ in lra B vsq́ in C & adde: Vnde fra
tres Charissimi sexagintaquinq́ annos ætatis gerẽs in noie dñi, multoꝝ q; orbis
terræ ipsoꝝ noticiã plenissime habens, & sanctis scripturis intendens nõ pturba
bor ex his quæ ad terrorẽ proferunt: quia & maiores mei dixerunt: Obtemperare
oportet deo magis q̃ hominibus. Et post pauca de his qui secum aderant epis ita
subiungit. Poterã etiam psentiũ episcopoꝝ facere mentiõnẽ: quos ipsi petistis vt
euocarem, sicut & feci: quoꝝ si scribã nimia multitudo est: qui oẽs scientes par
uitatem meam consensu suo confirmant q̃ scribimus certi q̃ non inaniter canos
attulimus: sed in disciplina Christi semper cõuersati sumus. Hactenus Policrates
Victori respondit. Et in Eusebio sequitur Sed ad hæc Victor Rhomanæ ecclie
episcopus pertinatius agens passim totius Asie ac vicinarũ prouinciarũ ecclas a
communionis societate abscindere nititur tanq́ in hæresim declinantes. Et lras
mittit quibus oẽs discretiõe ab ecclesiastico fœdere segregaret. Sed hoc nõ oi-
bus placebat episcopis: quin potius econtrario scribẽtes ei iubebant vt magis ea
quæ pacis sunt ageret & cõcordiæ atq́ vnanimitati studeret. Deniq́ extant etiam
ipsorũ litterę quibus asperius obiurgant Victorẽ velut inutiliter ecclesiæ cõmo-
dis consulentẽ ¶ Nam & hyreneus cum cæteris quibus præerat Galliarũ epi-
scopis scribens confirmat quidẽ vt in dñica die resurrectionis dñi misterium ce- V
lebretur: Victorem tamẽ arguit: q̃ non recte fecerit abscindere a corporis vnitate
tot & tantas ecclias dei: q̃ morem sibi antiquitus traditũ custodirẽt. Sed & de mul
tis alijs cõmonet per hæc verba. Non solum de die paschæ agitur cõtrauersia sed
& de ipa specie ieiunioꝝ. Quidam eñ putãt vna tm̃ die obseruari debere ieiuniũ
alij duobus, alij vero pluribus, non nulli etiam quadraginta (& post pauca) quę
varietas obseruantiæ nõ nunc primũ, neq́ nostris temporibus cœpit: sed multo
ante nos ex illᵘ vt opinor q nõ simplicit' illd' qd' ab initio traditũ, est tenẽtes in aliũ
morem vel per negligentiã vel imperitiam postmodũ decidere: & tamẽ nihilomi
nus oẽs isti etiã cũ in obseruãtia variarẽt: inter semetipsos & nobiscum pacifici
fuerunt semp & sunt. nec dissonantia ieiunij fidei cõsonantiã rupit Hæc hyrene'
Et q̃ sequunt' de psbiteris Rhomanis scripta sunt sup̃ in litera C in ☩ Et illi oẽs
Et de beato Policarpo sup̃ in lra P in ☩ Btũs aũt policarpus &c. Hæc aũt contra-
uersia Asianorũ cũ Victore Rhomano epo ẽm cõiecturã ꝓpiquã circiter Annũ
Christi dñi 194 Seuero ptinace impante oborta est ¶ Paucis hinc annis decursis
Victore vita fœliciter functo, in annos ꝓpemodũ centũ, h est (beda attestante) in X
annũ septimũ imperij Cõstantini magni, ecclia ab impatorib' tyrannis truculẽtis

& sæuissimis Seuero, Maximino Decio, Gallo, Valeriano, Galeno, Aureliano, Dioclitiano, Maximiniano, Maximino, Lucinio, & alijs rabidis canibus christi anū sanguinē sicientibus, crebris ferme & acerbis ac immanibus persecutionib⁹ molestata est ac cruciata. In quibus ecclesiæ dei viui ad solū deductę & a fundamētis subuersæ sunt. Diuinæ scripturę in medio platearum igni crematę. O duræ & impię mortaliū mētes, q̄ nouas cruces, noua & innumera pœnarū genera, ac a sæculis oībus inaudita in christianos excogitarūt. Quis rogo beatorū martyrū per oēs terreni orbis regiōes numeꝝ cōprehendere valeat? Testis mihi est Eusebi⁹ octauo ecclesiastæ hist: fere ꝑ totum. Quid plura, cum damasus & Beda referant xvij milia hoīm vtriusq̄ sex mensurno tp̄e ꝑ diuersas ꝓuincias martyrio coronata fuisse. Ea tempestate summi pontifices ep̄i, sancti patres & cohors christifideliū ad res Diuinas & sup coelestes se cōuerterunt. Cessauit quæstio, disputatio, & cōtrauersia de obseruantia paschali habita, sed beati martyres cū sanctis angelis et animabus iustorū in cœlo ꝑhenne pascha celebrarūt. His tñ ꝑsecutionū tp̄ibus inuenti sunt non nulli viri nō pœnitendæ authoritatis qui de celebratiōe paschæ

Y scripta nobis reliq̄re. Quos passiꝫ collectos paucis retexā ¶ Clemēs (testib⁹ Euse: 6 eccle: hist: ca 6 & 13, & hieronymo in Catalogo scriptorū ecclīasticorū) Alexādrinæ ecclesiæ p̄sbyter, ꝑceptor Orienis vir egregius ac eruditissim⁹ floruit tp̄ib⁹ Seueri & Antony filij eius circiter Annū salutis nr̄æ 206 & inter alia eruditissima volumina libellū vnū de pascha scripsit in quo cōfitetur a fratribus ꝓpemodum cōpulsus, vt ea q̄ a p̄sbyteris id est a successorib⁹ ap̄loꝝ voce sibi sola tradita sunt conscriberet ac posteris traderet. Docuit igitur in eo libello pascha die dn̄ico cele

Z brandū pro more Rhomanorū pōtificum. ¶ Sub idem fere tp̄s hyrenius natione Smyrneus Lugdunēsis archiep̄us qui Pothino successit Policarpi discipulus in scripturis clar⁹ floruit maxime sub Cōmodo pricipe. Et sub Seuero imꝑatore Anno grę 114 vel circiter cū multis alijs martyr efficitur. Is inter cętera sua scripta epistolas de quæstione paschę ad Victorem ep̄m Rhomanū scribit. In q̄bus cōmonet eū, nō facile debere vnitatē collegij scindere. Siquidē Victor multos Asię & orientis ep̄os, qui decimaquarta luna cū Iudæis pascha celebrabant damnandos crediderat. In qua sententia Hi q̄ discrepabāt ab illo: Victori nō derunt manus, sed de his supra satis dictū est. Hic q̄dē vir sanctus nullo tyrānico furore ꝑculsus, tp̄e immanissimę tribulationis sub Seuero, Sacrū pascha die dn̄ico celebrandū prædicauit. De huius viri sancti scriptis & doctrinis lege Eusebiū 5 eccle: hist: ca: 3, 4, 5, 6, 7, 8, 20, 24, 26, 28. Et Hierony: in catalogo supra. ¶ Hip

& politus cuiusdā ecclesię ep̄s (nomē quippe vrbis scire non potui) floruit circiter Annū christi 220 tp̄e Calisti papę & Marci Aurelij ac Alexādri Rhomanorum imꝑatorū, multorū ꝯditor opusculorū, tp̄m canonē scripsit. Et libellū de pascha ædidit Cui nouū cyclū sedecim annorum qui in paschæ ratione obseruari debeat intexuit Eusebio qui super eodem paschate decemnouenalē cyclum composuit. occasionē dedit. Ex Hierony: Euse: li: 6 ca: 19. Et Beda ¶ Iuli⁹ aphrican⁹ floruit

P sub M: Aurelio imꝑatore circit̄ Annū christi parę part⁹ 222 & ad Gordianū principem vsq̄ vixit. plura ingenij sui monumēta reliquit quē Hieronyn⁹ in catalogo inter ecclesiasticos scriptores cēset. In philosophicis studijs & Gręcorū doctrina eruditissimus scripsit de tp̄ibus libros 5. Et canonē de paschate celebrando: de quo Euse: 6 eccle: hi: ca 25. Et Beda. ¶ Dionisius Alexandrine vrbis ep̄s. Ori

℞ genis auditor floruit tp̄e Philippi principis circiter annū chrsti 248 & fere vsq̄ ad Claudiū Imꝑatorē in hūanis fuit. in multis sæpe cōfessionib⁹ clar⁹, & pro passionū tormentorūq̄ diuersitate magnificus est inuētus. Tp̄e ꝑsecutionis sub impijssimo Valeriano & Galeni obortæ a pręside Emyliano in varia loca exilij actus tādē sub Galeno Alexādriā reuersus est. Hic vir in sacris lr̄is & mathematicis disciplinis clarissimus, scripsit epistolas ad Corneliū Sixtū & dionisium Rhomanos pontifices. Ediditq̄ de paschate celebrando & luna decimaquarta inuestiganda

canones apprime absolutos. Suo tempore vt refert in quadam epistola ciuile bellum inter ciues Alexandrinos obortũ est Vnde vrbs est vastata & deleta, plateæ occisorũ cadaueribus obtectæ, vsq; adeo q̄ cõspicere hominẽ in plateis esset val de rarũ: & qui super fuerant ad sepeliendũ non sufficiebant, quare post belli rabiem ex fetore cadauerum, & aeris corruptione, pestilentia subsecuta est. Ita vt si quid ferro superfuerat id morbus absumeret. Dionysius aũt vir magnanimus nõ ex mærore desolatæ vrbis, ciuium ruina, grassante peste aut tyrannica p̄secutiõe fractus, quotannis paschales scripsit epistolas q̄bus alios de celebrãdo paschate redderet certiores. De his audi eius ep̄lam quã Euse: septio eccle: hist: huiusmodi verbis recitat. Alijs fortasse hominibus nõ videtur tp̄s hoc esse solennitatis quoniã quidẽ vbiq; luctus, & acerba lamentatio in plateis circũstrepit, gemitus vero inest & mugitus in domibus p̄pter multitudinem moriẽtiũ. Sicut ẽm de primo genitis quondã Egyptiorũ refertur: ita etiam nunc ingens vbiq; clamor attollit nõ ẽm est dom⁹ sicut scriptũ est in q̄ nõ sit mortuus. Primã ipsi manibus suis p̄tẽ maximã & meliorẽ populi cæciderẽt p̄sequẽdo sc̄tos. p̄tẽ alterã bella intestina rapuerũt. p̄tẽ v̄o q̄ supfuerat pestilens nũc ægritudo cõsumit. S; nos nec in p̄secutionibus cum iugularemur a festiuitate cessauimus: nec vnq; potuit solennitas impediri quibus præcipitur in tribulatione gaudere. Om̄is igitur nobis locus quicunq; a tyrannis eligebatur ad pœnã: siue ager ille, seu desertum fuit: siue insule, siue carcer solennitatem nobis impedire non potuit. Lętissimã vero super om̄es habuere solennitatẽ beati martyres qui cũ sanctis angelis in cœlo pascha curarũt Ex Eusebio libro 6 & 7. Hierony: in catalago. & venerabili Beda. ¶ Sub idem ferme tempus Zeno primus veronensis ecclesiæ episcopus vir sanctitate & doctrina clarus multa in vetus & nouũ testamentũ cõmentatus est. Edidit vel meli⁹ restituit canonẽ paschalẽ qui propter crudeles ecclesiæ p̄secutiones fere neglect⁹ fuit. Sub Valeriano & Galeno (teste Ioanne Cabilonẽsis ep̄o) martyrio coronatus est circiter annũ Christi 262. ¶ Postremo Anno salutis 180 vel circiter sub Probo & Caro Imp̄atoribus floruit. Anatolius natiõe Alexandrinus Laodiceæ Syriæ episcopus vir miræ doctrinæ in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grãmatica, Rhetorica, Dialectica. Cuius ingeny de volumine qđ supra pascha cõposuit: & decem libris de Arithmeticę (alias mathematicę) institutiõibus, colligere possumus. Quæ aũt ad nr̄m institutũ scripserit lege supra in D lra. & Euse: libro 7 eccle: hist: c: 29. Hieronymũ & Bedam. ¶ Ea tẽpestate aliquãdiu Christiani pace gaudebãt. (Ex Eusebio libro 8: ca: 1.) Et p̄fluxit multitudo populi fere innumerabilis diebus festis ad ecc̄las. Ita q̄ ipsa receptacula non sufficerent: sed quotidie orationũ domus dilatabantur. ecclesiarumq; conditio incremẽtis p̄sperioribus plurimũ augebatur. & gloria earũ terras excedẽs festinare videbatur ad cœlũ. Nulla ẽm erat inuidia, nullus liuor q̄m cœlestis dextræ fulciebatur auxilio populus: bene de deo pro pietatis cultu, & iusticiæ obseruatiõe p̄meritus. Verũ vbi ex multa libertate, multaq; indulgentia viciati sunt mores, disciplina corrupta est, & malorũ cumulus intumescebat: & persisterẽt vt cæci in malis suis. Maxime quia ipsi duces populi & principes videbãtur diuini mandati immemores effecti, obliti Christianæ humilitatis & sinceritatis, sacra mysteria prophanis mẽtibus celebrabant. Quãobrem immisit deus persecutionem p̄ Dioclicianum & suos complices q̄ omnibus p̄pter temporis diurnitatẽ & propter noua & inaudita tormentoꝝ genera alijs acerbior, calamitosior & crudelior fuit Duodecim⁹ ẽm (Eusebio li: 8. referente) agebaẽ annus Imperij Dioclitiani, mensis Martius, & dies solennis paschæ imminebat: cũ edicta principis per omnẽ terrã p̄ponebãtur vt cunctæ quæ vsq; sunt ecc̄iæ ad solum vsq; destruerentur: scripturæ sacræ igni exurerentur: si quis inter nostros alicuius honoris prærogatiua muniretur: sublata hac maneret infamis. Si quis seruorũ permansisset Christianus libertatem consequi non posset. Iterũ altercatio & digladiatio de obseruatiõe paschæ q̄euit.

Aa

Bb

Cc

Sed decennio tyrannico ferme lapso omnipotentis dei prouidentia imbecillas hominũ mentes piclitari ipsa desperatione non est passus: sed sæuitiam mutauit in clementiam & iram in cõcordiã. Veluti post nimiã tempestatem solis splendor e cœlo redditus esset terris. Cœpit sane dñs deus noster magnificari in sanctis suis & cœpte virtutis opus ꝓsperioribus successibus propagare, atq; in obscuro positis splendoreq; suæ lucis accendere: ſm ꝓpheticum dictum psal: 79: Cibauit nos panẽ lacrimarũ & potum dedit nobis lacrimas: sed in mensura. Quocirca tẽpore religiosissimi imperatoris Constantini magni (qui Imperiũ adijt circiter Annũ gratiæ 306) pax Christianis data est: & loca quę pauloante ab impijs tyrannis fuerant destructa, rediuiua, clariora, & excelsiora cõsurgebant: templaq; excelsa ex humilibus conuenticulis eleuabantur. Et ipse sacratissimus Cõstantinus plures basilicas intra & extra vrbis muros cõdidit. Et in petri basilica in ꝑpetuã memoriã supra arcũ qui in medio fere est: hi versus antiquissimi legũtur. Q̃ duce te mũdus surgit in astra triumphans. Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam

Dd ¶ Cum aũt pax Christianis & quies a persecutoribus erat ac ecclesia in confessorum meritis & gloria gaudebat ac ꝑ oĩa floreret: Nõ ꝑtulit hoc inimicus eleuatam sił & splendentẽ valde respiciens: sed maleuola cœpit mouere concilia & prosperitatẽ rerũ domestica contentione turbare. Circiter igit̃ annũ duodecimũ imperij Constantini, & quintũ diui Siluestri papæ huius noĩs primi, oborta est in ægypto hæresis arriana. Arruis eñ hæresiarcha p̃sbyter Alexandrinus Anno Christi 318 vel circiter hanc sectam excitauit qua ab æterna dei patris substãtia filium conabatur abducere. Cuius rei gratia Alexander præsul Alexandriæ Teste Sozomeno libro primo histo: trip: ca: 18 multa concilia in Egypto sunt celebrata. Cœpit aũt hæresis pululare ita ꝙ vsq; ad regalia ꝑueniret: non mediocriter Cõstantinus Impator affligebatur eo ꝙ religione nuper inchoante crescere: multos a Christianitate dogmatum discordia reuocaret Et propterea culpabat & Arriuq; & Alexandrũ: eisq; scribens arguebat. Quia cum latere potuisset hæc quæstio eã duxissent ad medium, & vehementi studio cõtentiões monuissent: quæ nec q̃rẽda erat, nec ab initio cogitanda, aut cogitata potius taciturnitati iure tradẽda scripsit aũt eis epistolã quæ Socrate referente libro 1 Trip: histo: ca: 19 sic incipit. Victor Constantinus maximus Pius, Alexandro & Arrio Didici tunc natam præsentis quæstionis origenem & reliqua. Et in calce epistolæ adiungit adhortando. Cõmunis autẽ charitas præcipuum sacramentum, & veritatis fides, & honor circa deum, atq; religionẽ legis apud nos inconcusse permaneat. Reuertimini ergo ad alterutras amicicias, atq; gratiam reddite vniuerso populo vestros amplexus vosq; ipsos velut ꝓprias animas expiantes alterutrũ rursus agnoscite, suauiores eñ crebro sunt amiciciæ post inimiciciarũ causas ad concordiã restitute. Reddite ergo mihi tranquillos dies, noctesq; securas, vt quædam iocunditas puri luminis & vitæ iam quiete apud me læticia conseruetur &c. ¶ Audiens p̃terea Im-

Ee perator Constantinus Asianos minoris Asiæ contra omniũ statuta paschæ festiuitatem Iudaice celebrare: eos non vt Imperator sed vt Pius pater monuit vt paschale sacrum die dominica celebrarent: quam reliosissimus Imperator in memoriam dominicæ resurrectionis mirum in modum venerabatur: Sanciuit eñ a Iudicijs & alijs causis vniuersos habere vacationem: & in eo tantum orationibus occupari Teste Socrate primo trip: hist: capi: 9: Quamobrem sapiẽtissimus Cõstantinus Asianos adhortatus est per epistolam vt ipsi cum pauci essent imitarentur plures Cuius epistolæ partem Socrates nono Trip: histo: capi: 38 inseruit his verbis. Est enim ordo decorus quem omnes ecclesiæ in vno vrbe apud Occidẽtem & Meridiem & arcturum positæ seruare noscuntur, nec non etiam quidam Orientalium qua propter in præsenti bene se habere æstimauerũt Et ego ipsæ vestræ quoq; sapiẽtiæ placere promisi: vt quid in Rhoma ciuitate, Italia, & Aphrica, & vniuersa Egypto, Hispania, Gallijs, Britannijs, Libia, tota Hellade, Asia

dijecisse, ponto & Cilicia libenter sub vna concordia custoditur: hoc etiam vestra sapientia suscipiat. Considerantes non solum multitudinem prædictorum locorum & ecclesiarum numerum, sed etiam quia hoc maxime debetis omnes cōmuniter celebrare qđ ratio subtilis videtur exigere: Nullam cum Iudæorum piurio habere communionē hæc Constantinus. ¶ Sed impator pijssimus grauiter ferens literas suas & apud Egyptios & Asianos non quidpiam ponderis habuisse Ff
quapropter vt quieti ecclesiæ consuleret: festinabat princeps putans hoc malum posse præoccupare anteq̄ ad plurimos perueniret: misit Hosium hispanū Cordubę ciuitatis epm (Ex li: 1 trip: hist: ca: 20) (de q̄ sup ca: 31) vt cōpacaret Egyptios ꝑpter Arrianū dogma tumultuantes & orientales ꝑpter pascha discordes. Sed qui pro ecclesiarū pace fuerat directus: spe frustratus & infecta pace ad Impatorē mestus & conturbatus remeauit. Tunc illud famosissimū in Nicæa conciliū feruor principis excitauit: Anno salutis 322, & anno Imperij Constantini sextodecimo Siluestri papæ Anno nono vel circiter. suisq̄ impēsis trecētos decemocto episcopos euocauit. sequentibus Socrate referente li: 2 trip: hist: ca: 1 presbyteris, diaconibus, & acolitis quoꝝ numerus non potuit compręhendi. Quibus omnibus Impator diebus quotidianis cibaria largissime ordinarat expedi. ¶ De his Gg
& alijs plura supra propositione 31 disseruimus, de quibus hæc summatim accipienda sunt In hac sacratissima synodo in Nicæa vrbe bithynię celebrata, Arriana condemnata est hæresis. Arrius & eius sectatores anathematizati & principis pręcepto in exiliū acti. In ea q̄q̄ synodo (vt nō nulli asserūt) hęreses alię Photiniana scʒ & Sabelliana sunt explosæ, Symboluʒ qđ Nicænū appellant compositū. Et vt ad nostrum institutum veniam: Testibus Theodorito li: 2 trip: hist: ca: 12: Et Eusebio libro 6: ecclesiæ histo: capi: 6. Pascha sacrū ꝭm antiquum canonem a Rhomanis pontificibus traditum omnibus orientalibus & occidētalibus incōcusse obseruandū statuerunt. & ita pax & concordia ecclesijs ex reddita Antiquꝰ autem canon a Victore Rhomano Pontifice æditus supra propositione 31 est insertus. In summa. Vt pascha die dominico a decimaquarta luna vsq̄ in vigesimamprimam primi mensis obseruetur. His & alijs sacris constitutionibus rite dispositis contigit principis vicēnalia prouenire: q̄re inuitauit ad conuiuia synodum: & donis competētibus honorauit. admonitosq̄ de concordia fidei, & cōmuni pace, petita ab eis oratione valedixit vniuersis. Mox patres inuicem valedicentes in pace ad propria redire.

De Asianorum dissensione cū ortodoxis patribus in obseruatione pasche post Nicenā synodum habita.

Propositio Trigesima Tertia.

ASianorū dissensionē in pasche obseruatiōe cum orthodoxis patribus post Nicænam synodum habitā explicare. ¶ Vno hydræ capite amputato (horribile dictu) breui aliud est renatū. Taceo ne dixerim vno deiecto tria enata. De Asiano renato modo dicēdū. Quāuis Asiani ꝑprio chirographo ad obseruandū firmiter Nicænæ synodi decreta sese subscripserit atq̄ cōsenserit. Fuit tn̄ (vt facile cōijci potest) cōsensus simulatꝰ nō mētis sʒ vocis tm̄. Nā cōsuetudo mali tenet insanabile vulnꝰ & assuetudine ꝑfecto nil maius. Paucis em̄ annis decursis spretis sacris memoratæ synodi decretis ad priscū volutabrū redire, & inueteratā eoꝝ cōsuetudinē resumebant pascha vna cū ꝑfidis Iudęis obseruantes. Huiꝰ rei plura sunt argumēta. A
¶ Primū sumit̄ ex cōstitutiōe Antiochenæ synodi. Intellige optime lector: nō de synodo antiochena in q̄ Paulus Samosatenꝰ ꝑpter suū sacrilegū & falsuʒ dogma dānatus est Anno christi (referēte Ioāne Cabilonē epo) 272. Fuit igit̄ hęc synodus B

In Antiochia Syriæ ante Nicænam synodum celebrata. Sed de alia synodo Antiochena de qua in pontificio iure, in Canone. Prima annotatio di: XVI. Cui præfuit Eusebius Palestinæ vrbis eps: fm cōiecturā tpe Iulij Rhomani pontificis, circiter Annū nostrę salutis 340 Vbi de sacro festo paschæ prout etiā supra recitauimus sic scribitur. Omnes qui audent dissoluere regulā scti & magni cōcilij Nicæni: quod celebratū est in psentia dei & amātissimi Cōstantini Impatoris, de sancta et salutare festiuitati paschali saluatoris nri excōmunicatos et abiectos esse debere ab ecclesia, maxime si perseuerant studio contentionis ad subuertenda ea quæ optime cōstituta sunt. Et hæc quidē dicta sunt de laicis. Si aūt de ppositis ecclesiæ aliqui id est Eps, presbyter vel Dyaconus post hāc diffinitionē et hunc terminū ausi fuerint in subuersionē populorū & pturbationē ecclesiarū seorsum colligere: & cum Iudæis decimaquarta luna pascha voluerint celebrare: hunc sancta synodus iam alienū ab ecclesia iudicauit. Aīaduerte rogo verba constitutionis et in promptu capies: qd' loquitur de Asianis. Nā aliæ Christianę nationes q supra in epla Cōstantini adnotātur in lrīs Ee, pascha die dñica fm sctorum patrū decreta celebrabant: & sentētię synodi inhærebant quā etiā minime mutandā esse asserebant. ¶ Secundū argumētum præbuit Theodoritus libro 8 trip: hist: capite 9: sic Nouatus sanctæ Rhomanæ ecclesiæ cardinalis, presbyter tpe Cornelij papæ sepauit se ab ecclesia asserens, pdicans, & per eplas alijs insinuans, apostatas etiā pœnitētes oīo nō esse recipiendos. Quocirca cōcilium in vrbe 60 epōrum celebratū fuit: & Nouati opinio improbata. Quo facto in phrygiā paphlagonarū se recipit: Et licet, ppter dogma suū hæreticum ab ecclīa se segregauerit: tñ nō mutauit paschæ festiuitatē. Nā fm ptes hesperiæ celebrabat. agitur ēm apud illos pascha post æquinoctiū olim & ex quo Christiani esse cœperunt. Nouatiani vero q ex eo nomīnū habuerunt: tpe Valentiniani & Valentis Impatorum. Anno grāæ 372 vel circiter, facto Cōcilio paucorū epōrū in vico Pazeno vbi sunt fontes Sangarij fluminis regulā, ptulerunt vt Iudæos obseruētazima facientes & cū eis agāt paschæ celebritatem. ¶ Hic nosse conuenit: ex Strabone libro 12 & 13, Plyn: libro 5 capi: finali, Solino ca: 53 & 54 & Ptolemæo libro 5 ca: 1 & 2, tabula prima Asię facile elici potest q Sāgarius fluuius fontes habet ad radicē montis Didymi Asię minoris. ad cui' fontes vicus pazenus, Straboni vic' Sangia, vbi Ptolemęo Aprostola ciuitas sita est. In eo igit vico cōuenerūt epi cōmemorati. Qui? Asiani ex Asia minori q maiori Phrygiæ subditur & ex alijs adhærentibus regionibus, & de paschæ obseruatione vt pmittit cōcluserūt Ecce ppositū. Sed obycis Nouatianā sectam nō aūt alias ita cōclusisse: assentior. Est tñ creditu facile Nouatianos alios in eorū priscam cōsuetudinē traxisse. Addo nouatianos fuisse Asianos & phryges Teste Hieronimo ex vna oue morbida vniuersus grex inficit. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quoniā nō statim oppressus est: per totū orbē eius flamma depopulata est. ¶ Tertium argumentum obtulit Socrates nono trip: hist: capite 37 sic inquiēs. Sabbatius quidam ex Iudæo Christianus factus & a Martiano ad presbyterat' honorē prouectus, nihilominus sectæ Iudaicæ seruiebat: cum quo scelere ambiebat episcopatū. Assumens ergo sui desidery scios duos presbyteros Theoctistum & Macharium nouitatem festiuitatis paschalis sub Valente Imperatore constitutā in vico phrygiæ Pazeno defendere nitebatur & primum quidem quasi pro ecclesiæ integritate & custodia. dicebat non esse dignos quosdam participatione sacramentorum. Procedente autem tempore manifestatus est. Inter hæc Martian' agnoscens eius errorē, & ordinationis suę culpam/ quoniā vanæ gloriæ homines presbyteros ordinauerat, cū gemitu dicebat Melius fuisse super spinas posuisse manus suas q̄ Sabbatiū ordinasse presbyterū Proinde synodū in Sangario vrbe Bithymię, Nouatianorū fecit epōrū. Quo cōgregati euacuauērt eū vt corā synodo causas discessiōis suæ, pponeret. Cū aūt sabbatius discordiā festiuitatis paschalis suam diceret esse tristiciam: & oportere fm

Iudæorũ obseruationẽ eam celebrari firmaret. sicut in Pazeno fuerat cõstitutũ (& post pauca sequitur) regulam de paschæ festiuitate ꝓtulerũt. quia singulis liceret quo vellent tẽpore celebrare pascha. Ne propter discordiã festiuitatis diuiderent ecclesiam. Cũ antiqui & ecclesijs ꝓximi licet discordassent de tali festiuitate: cõmunicassent tñ alterutrũ. Et Nouatiani ĩ regia vrbe Rhoma ↄstituti nũq̄ fuissent secuti Iudæos ꝫ semꝑ post æquinoctiũ celebrarẽt pascha. Cumq̄ hæc ab eis fuisset regula definita: Sabbatius iuramẽtis obstrictus: si quãdo paschalis festiuitatis discordaret. Ipse aũt noctu solennẽ diẽ paschæ sabbati celebrabat: & rursus cũ oĩbus in ecclĳs cõueniebat & mysterijs fruebatur. Quapropter quidã simplicium & maxime Phrygũ & Galatarũ ex hac reiustificari credentes pascha cum illo celebrabant. Hæc paucis reiectis Socrates. Factus est aũt Nouatianorũ cõuentꝰ tpe Theodosij senioris Imperatoris circiter annũ Virginei partus 394. Ecce regulam licentiosam de paschæ obseruatione. Ecce nefandissimi Sabbatij callidã phrygũ id est Asianorũ & Galatarũ seductionẽ. ¶ Quartũ tandẽ argumẽtum qđ haud E
quaq̄ solutile est sumitur ex directo cõcilij Chalcedonẽsis. Authoritate Leonis magni huiꝰ nominis primi & Martiani Imꝑatoris Anno nr̃æ salutis 454 vel circiter in chalcedonia vrbe bithymię indicti, ad quod sexcenti & viginti epĩ cõfluxere. In quo Anatoliꝰ Cõstantinopolitanꝰ eps (vt pontificũ ius testat̃) antesignanus fuit. Pluribꝰ igit̃ ex sententia decretis, Iterũ grandis quæstio de paschæ celebratione oborta est: Asianis & q̄rtadecimanis ꝑtinatius in sua opinione durantibus. Rhomanis orthodoxis, occidentalibꝰ, ægyptijs & græcis cõtra dicentibꝰ sacrũ pascha die dñico post q̄rtamdecimã lunã primi mensis iuxta decreta patrũ & celebratissime Nicænę synodi statuta obseruari debere, Vbi a celeberrimis patribus decernitur pœna his qui cõtra decreta pr̃m & Nicænæ synodi statutũ pascha celebrarunt: sub his verbis: Om̃is qui nõ celebrat sanctũ diẽ paschæ ƀm sc̄tẽ catholicæ ecclesiæ regulam anathema sit. Et multi episcopi solenni iuramẽto hũc errorẽ qui ibi heresis q̄rtadecimana noĩatur publice abiurare sũt cõpulsi, quorũ noĩa cũ forma iuramenti in actione prima concilij sunt cõscripta. Quãobrẽ Tesseredecaditæ id est q̄rtadecimani in canone Quidã aũt 24: q: 3 inter hereticos sup putantur. Ibi em̃ sic legitur. Tesserædecaditæ dicti q̄ quartadecima Luna pascha cum Iudæis obseruare contendunt. Nam tessera quattuor deca decem significat. Sancti igitur patres posteaq̄ Euthicem supbissimũ monachũ abbatẽ Cõstantinopolitanũ, & eius defensorẽ dioscorũ olim epm̃ Alexandrinũ atq̄ Nestorium de sacrilego dogmate cõdemnarũt: libris Manicheoꝝ vulcano cõsumptis, Quartadecimanis extirpatis, & alijs orthodoxæ fidei necessarijs paracleto inspirãte salubriter ordinatis, ad ꝓpria redeũtes ꝑ totũ orbẽ clamauerũt. viuat, viuat christus.

De cõtrauersia graui inter latinos et grecos de Pasche celebratione post Nicenã synodũ obortã Propositio 34.

PErquã molestã cõtrauersiã inter latinos et gręcos de paschę celebratiõe pꝰ Nicęnã synodũ obortã enũciare. ¶ Cũ in sacra Nicęna synodo caput hydrę (intellige Asianoꝝ temerã de paschę obseruatiõe opinionẽ) deiectũ fuit: mox (vt diximꝰ) aliud Asianũ enatũ, qđ in superiori A
ꝓpositiõe extirpauimꝰ atq̄ oĩno profligauimꝰ. Ecce horresco referẽs etrũco q̃ Asianũ caput renatũ vidimꝰ, emersũ est aliud dissensiõis plenũ: pessimũ int̃ latinos & gręcos seminariũ. Durauit aũt hmõi dissensio pꝰ nicęnã synodũ ab anno gr̃ę 330, ꝓpemodũ vsq̄ in tpa Iustiniani magni Impatoris. h̃ ẽ: circit̃ ĩ annũ christi 527. Est aũt hęc dissensio cũ suis ramusculis potissimũ orta ex diuersitate calẽdarioꝝ et cycloꝝ ac eorũdẽ appẽdicibꝰ sũt qbꝰ vsi. licꝫ tã latini q̄ gręci, celebratissię synodi Nicęnę ↄstitutionẽ accurate obƀuauerĩt sp. ¶ Quocirca meõri mẽte q̄ sequũt̃ sũt aĩaduertẽda. In pmis canõe de paschate B

celebrando in Nicæna synodo promulgato/vt nemini per eius ignorantiã daret excusatiõis munimẽ: sancti patres Alexãdrinis & ęgyptijs in supputãdis astrorũ cursibus eruditissimis & Eusebio Cæsariensi epõ in diuinis scripturis & mathematicis studiosissimo harũ rerũ puinciam imposuere. Vt Calendariũ aut Cyclũ

C quẽdã p decimaqrta luna paschali futuris tpibus inqrenda cõscriberet. ¶ Verũ ne cuipiã hæc nostra dicta inania & fundamento carentia videantur testes adhibebimus. Pro ęgiptijs quidẽ authores graues aduocabimus. pliniũ secũdũ libro 7 ca: 56 naturalis hist, Auliũ Gel: libro 11 Acti: no: ca: 18 Macrobiũ libro primo de somno scipionis, Diodorũ siculũ libro 2, Dionysiũ de situ orbis in libya, Strabonẽ libro 17 Geo: Arestotilem li: primo metaphi: ca: primo. Augustinũ de ciui: dei li: 15 ca: 27, & Lucã in actis aplorũ ca: 7, Hi & alij complures ægyptũ & ægyptios maximis efferunt laudibus, ex his hæc in summa eliciunt. Egyptiacũ solũ semper summos varij & mirabilis ingenij pduxit viros: oĩm philosophiæ disciplinarũ parẽtes, in artib⁹ reperiendis solertes, in ꝙ rerũ cognitione sagaces. Egyptios quippe primos fuisse traditur: qui viuendi formã, morũꝗ disciplinã pstitere runt, primosꝗ oĩm aratrũ inuenisse: & sulcasse terrã: ac iniecisse semina ferũt. Tũ etiã primos qui cœlũ radio fuerũt dimensi. Secundus sane apud ęgyptios rex, legislator, vir prudẽtia excellẽs Sasochis geometrię fuit inuentor ac incolis astrorũ cursus ostendit. Quo factũ est ꝙ sacerdotes (quos pphetas appellitant) erudiere filios lris q appellabantur sacræ: & alijs q ad cõmunẽ spectarũt doctrinã: vt plurimũ geometrę Arithmeticęꝗ studio intenti. Nilus eñ q singulis annis ppter inundationẽ varias agrorũ formas supinducit: magnas cõtentiões inter vicinos de finibus agrorũ excitat: q absꝗ geometriæ adminiculo haud facile cõponi possent Arithmetica vero & vitę domesticę est vtilis: & ad geometriã atꝗ astrologiã maxime confert. Accurate vero ab ipsis tradũtur ordo: & astrorũ motus eorũꝗ descriptiones & certissimæ supputationes: res multis antea sæculis summo studio obseruata. Planetarũ insuper motus & vagas vertigines, coitus, oppositiões, solis labores & lunæ defectus excogitarunt. Quæ etiã astrorũ vires erga animantiũ generationẽ, q veaut bona aut mala importarẽt hominib⁹ diligenter scrutati sunt Sepius q; quo melius occurri futuris posset: sterilitatẽ fructuũ & vbertatẽ, morbos tum hõibus tũ pecoribus imminentes, terremotũ, atꝗ inundationũ tẽpora, cometarũꝗ ortus pdicebãt. Multa etiam reliquis cognitu difficillima diuina obseruatione significabãt Egyptus eñ in planiciæ sita (platone & Isidoro hispalẽsi testibus) imbribus est insueta: ignara pluuiarũ. quapropter inhabitãtes cœlũ sp serenũ, nuncꝗ nubibus opertũ, nebulosum, rosidum (plynius libro 20 ca: 7 cõtrariũ pp ter Nilũ asserit) aut caligine offuscatũ habẽt. Quocirca & astra eis semp sunt apperta & serena: quorũ mirabili meatu suspensi cœlestiũ motuũ semp deditissimi extitere. Nõ eñ ex improbato Arestotil philosophi nři est sentẽtia. Sacerdotes aut memphitici vates in Egypto pp ter admirari cœperunt philosophari. Itaꝗ qui in Gręcia plurimũ doctrina excelluerunt in ægyptũ trãsiere: vt & leges eorum & studia cognitione digna pciperent in quibus antiquiores extitere: Homerus poeta, Orpheus, Museus, Deinde posteri Dedalus, Melãpus, spartanus Licurgus, Solon Atheniensis, Samius Pythagoras, Democritus, Eudoxus mathematic⁹, Plato Philosophus, & plures alij, vt Egyptiorũ dogmata in suã quisꝗ patriã referret. ¶ Quod de ægyptijs disseruimus: & de Alexandrinis accipiẽdũ

D est Sunt eñ Alexandrini Egyptij. Alexãdria q ppe toti⁹ Egypti (Ptolemeo Clau: libro 4 ca: 5 suę Geo: asserẽte) est metropolis, sita in nomo id est prefectura Mareotica. Hæc eñ Alexandria fuit quondã Gymnasium literatoriũ philosophorũ & liberalium artium Et vt pro re pauca loquar a laude vnius disce omẽs. Nunquid Ptolemeus Claudius Astronomus summus & omnium Mathematicorũ facile princeps Alexãdrinus fuit: qui priscorum Mathematicorum sensa, placitaꝗ congessit: & inuenta sua longe alijs præferenda adiecit.

¶Hactenus de laude aegyptiorum. Nūc ad Eusebiū caesariēsem p̄sulem stilū verto. F
Cuius gloriā & honorē latere arbitror neminē. Quapropter in eius laudē diuū
duntaxat Heronymū in catalogo illustrium virorū citabo. Inquit em̄ Eusebius
caesareae palestinae episcopus in scripturis diuinis studiosissimus & bibliothecae
diuinae cum Pamphilo martyre diligentissimus preuestigator aedidit infinita vo-
lumina. & reliqua: complura Hieronymus enumerat. transeo breuitati cōsulens
¶Audistis candidae lectores Egyptiorū & Alexandrinorū ac Eusebij laudes G
& honores. His primatibus, his ducibus, his antesignanis, sancti patres Nicęnae
synodi officiū supputationis Calendarij & cycli pro luna decimaquarta quotan-
nis indaganda imposuere. Egregium profecto facin⁹, Viris diuinis, dignissimis
& eruditissimis, res sacratissima & om̄i laude dignissima, videlicet Christiani pasche
obseruatio & definitio, est cōmissa ac demandata. Accedit ad nr̄m p̄positū Diu⁹
Ambrosius qui in ep̄la ad episcopos per aemiliam cōstitutos sic scriptū reliquit.
Non mediocris esse sapientiae diē celebratis definire paschalis: & diuina scriptura
nos instruit & traditio maiorū, qui cōuenientes ad synodū Nicaenā iter alia fidei
vt vera ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata congregatis pe-
ritissimis calculandi decem & nouē annorū colligere rationē. & quasi quendam
constituere circulum ex quo exemplū in annos reliquos gigneretur & reliqua.
Aduertite diui patres cū inquit. Cōgregatis peritissimis. ¶Recte queris quor- H
sum hic verborum excessus? Respondeo eo tendere verba haec vtcunque conscripta
vt queadmodū in p̄positione trigesimaprima maxima Christianae religionis ca-
pita adhortatus sum: vt sacrū pascha ab errorū vinculis liberēt: & ad suā perfecti-
onē ac priscū splendorē reducant, In presentia exemplo sanctorum Patrū maxime
& pro virili adhortari supplex velim. vt sanctissimā & saluberrimā hanc operam
Christianę religioni tā frugi, q̄ necessariam, & maiestatibus eorum maxime con
sentaneā accuratissimo studio nauandā suscipiāt. Quos em̄ hi patres Nicęnae sy-
nodi ad hanc prouinciā absoluendā olim delegerint optime intellexistis. Sunt et
hodie haec nostra foelicissima tempora referta viris doctissimis nunque satis lauda-
tis. Quis rogo percensebit theologos sacrarū literarū interpretes viros diuinissi-
mos? Qui etsi corpore nobis adsunt: mente tamen in coelestia conscenderunt do
micilia. quorum doctrinas examussim castigatas, & a Christiana fide nusque defle
ctentes, nemo satis etiam si centum haberet ora; totidemque linguas eloqui posset
¶Quod autē paschae celebratio erronea (vt ita dicam) apud priora saecula irrepsit: I
Fuit forsan Mathematicarum disciplinarum obolitio. Gaudētes gaudete in dn̄o: Pto-
lemaeus Claudius Mathematū princeps de quo supra decreuimus genere aegy-
ptius ex Alexandria q̄ in meridiē & in notū exposita est oriundis, Floruit t̄pibus
Hadriani & Antonini Imperatorū, circiter annū incarnationis verbi mirifici 131
abire cū haec scripsimus Anni solares fere 1387. Nostra aūt faustissima tempestate
Anno Christi domini 1470 in angulo mundi septētrionario, horrifero borēę ex-
posito floruit secundus Ptolemaeus. Ioannes de monte regio Germanus quem
Francia orientalis ex matre in lucem aedidit. Vienna Austriae, Germaniae archi-
gymnasium literarium celeberrimum & suus genius in omni philophiae stu-
dio & in mathematum disciplinis eruditissimum & facile archimathematicū re-
generauit. Huius generosi patris proles in totū orbem sunt disseminati. Viri pro
fecto in mathematicis cōsummatissimi. quorū nomina longū esset recensere: sed
quia nunc vitam agunt a diuo Hieronimo p̄suasus silentio transeo. ¶Faciant K
igitur Christianae reipu: summi principes: Beatissimus pater & pontifex Leo X.
& sacratissimus caesar Diuus Maximilianus s̄m exemplum sanctorum patrum
Nicaenae synodi. ex numerosa Theologorum & Mathematicorum vitae sancti-
monia & omnimoda eruditione conspicuorum multitudine eligant viros ha-
rum rerum peritos qui errores Rhomani Calēdarij & celebrationis Paschae cor-
rigant: & nouos canones pro decimaquarta luna indaganda condant; aut veteres

renouent atq; reforment. Et est (me iudice) negotium accelerandũ, festinandũ atq; omi recrastinatiõe aut perendinatione sublata definiẽdũ. Nã errores in ætate Lunę, in positione ęquinoctij apud nos & priscos, In celebratione paschæ post vigesimãprimam lunã, & in mense immundis deputato, & alij, sunt heu heu ita manifesti & palpabiles q̃ haud quaq; cœlari possunt. Hi etiã errores indies crescunt: & futuris annis (horribile dictu) pascha qđ in luna panselena hoc est in plenilunio celebrari debet: si nõ prouidebitur: in interlunio hoc est in nouilunio celebrabitur. quare his erroribus mox obuiandum est. & possum cũ poeta Nasone dicere. Cuncta prius tentanda sunt: sed immedicabile vulnus Ense recidendũ est
L ne pars syncera trahatur. ¶ O res pudenda nimis atq; deflẽda, nos christianos oĩbus ferme totius orbis sectis esse ludibrio, derisui ac cõtemptui. & hodie regij prophetæ verbũ recte dicimus. Psal: 78. Facti sumus opprobriũ vicinis nostris, subsannatio & illusio His qui in circuitu nr̃o sunt. Iudæi quidẽ sanniones & hostes nostri infestissimi, compluribus erroribus oppleti, gaudent nos posse erroris argui, q̃ sane error non nr̃a negligẽtia sed antecessorũ maioribus fidei negocijs præoccupatorũ latenter admissus. Ita q̃ nostra tẽpestate Rhomanũ Calendariũ ob temporũ vicissitudinẽ collapsum & prope modũ abolitũ est. Quis excecatorũ Iudæorũ sannas, opprobria, cõuicia, irrisiones, cõtumelias, quibus nobis indies illudere moliuntur enarrare posset? Autumant nos sub figmẽto quodã asserere Christũ passum, sepultũ, ex mortuis resurrexisse, atq; in cœlũ ascendisse. Qđ non tm̃ nr̃o tp̃e sed etiam olim tp̃e diui Alberti Magni, Sueui, præsulis, accidisse ex eius verbis facile conijcies. Inquit em̃ inimici fidei de hoc gloriant̃ quia ex illo errore (intellige de paschę obseruatiõe) nos in alijs pariformiter errare subsumũt Quaprop̃t cõfidenter cũ Ioanne Eckio germano theologo celeberrimo, in libello de vera paschę celebratiõe asserere possum Q; summus pontifex nullo pacto auerti debet: quin tam laudabile fidei orthodoxæ negociũ, pro ea qua valet in ecclesia dei authoritate feruentissimo zelo exequatur. & si nulla causa subesset: suffi
M ceret Iudæorum insolentia nobis de tali errore insultantiũ. ¶ Ad alias nũc propero sectas, Manicheos, Maumethanos, Turcas, Sultanos, nos subsannãtes cũ audiunt errores nostros circa nr̃i Messiæ resurrectiõnẽ, et eandẽ quotannis nullo certo canone, nullo definito tp̃e peragere. Toto profecto corpore & aĩo p̃tremisco: cũ mecũ cogito: Manicheos, Manetis hęresiarchę Bema id est diem quo biathanatos infœlicissimã animã eiecit: q̃tannis stato die festissime celebrare, Maumethanos q̃q; Nigrites, Mauros id est leuco æthiopes, Azanegos h̃ est Arabes, Syros & alios maumethis assequaces annuatim statuto & determinato die scelestissimi Maumethis diẽ obitus magno apparatu obseruare. Turcas pretetea Sultanos, Barbazinos, Serretos & alios innumeros Idolatras cõstituto & certo tp̃e cacodæmonibus, Idolis & statuis festa celebria peragere. At nos christianos pascha nr̃m sacratissimũ vago & deuio quodam calculo celebrare & vana opiniõe super huiusmodi celebritate fluctuare. Sumopere igit̃ adniti debem⁹ vt paschale sacrũ iuxta patrũ decreta obseruet̃. vt a cõmemoratis sannis & calũnijs immunes esse possumus. quo facto reliquis nationib⁹ potissimũ Iudeorũ, pascha nr̃m veritati innixũ præualebit: eis formã & veritatẽ obseruationis huius p̄cepti manife
N stabit. & eoꝝ errores arguet atq; corriget. ¶ Secũdo loco aĩaduertẽdũ. postea q̃ sc̃ti patres vniuersalis synodi Nicænę cõmemoratis viris Alexãdrinis ægyptijs, & Eusebio Cæsariensi antistiti hanc prouinciam delegarunt: vt cyclum quẽdam pro luna decimaquarta paschali inquirenda arithmetica supputatione digererẽt, per quẽ vno die oẽs christiani totius terreni orbis pascha cõcorditer celebrarẽt Dicti viri cognoscentes tot diuoꝝ patrũ ex vniuerso orbe collectorũ iussa capessere fas esse: obedienter delegatam suscipere prouinciã. Et cyclũ aut nouũ aut ex priscis alijs excerptũ & reformatũ quẽ enneadecaterida h̃ est decẽnouenalẽ voca
O uere cõposuerunt. ¶ Pro dilucidiori aũt huius cycli intelligentia ac etiã cõpo

sitione, Cōtuendū primo ꝙ Cyclus Alexādrinoꝝ & grecoꝝ ex q̄dam introdu-
cta assuetudīe, Cycl⁹ decēnouenal' noīatur & ei⁹ ꝑticulares nūeri sc; 1, 2, 3, 4, 5, 6,
&c. dicunt nūeri aut q̄tæ cycli Decēnouenalis hūc cyclū nos latini cyclū alexan-
drinoꝝ & grecorū vsitato noīamus. Latinoꝝ aūt (de q̄ infra dicet) Cyclus Luna
ris appellat licet vterq; Cyclus & latinoꝝ & alexandrinoꝝ sit decemnouenalis a
decēnouē annis sic dictus, ꝑut infra de cyclis docebitur. Huius cycli ꝑtes aut ꝑti-
ales numeri vocant Aureus nūerus Nec obstat quidpiā nūeros cycli Alexādrini
etiā aureos nūeros appellari. ¶ Secūdo ꝯtuendū ꝙ inceptio huius cycli Alexā- P
drini fuit anno primo post Nicænā synodū hoc est anno christi dn̄i 323. pro quo
Alexandrini & Eusebius functi authoritate facte cōmissionis posuere pro noui
cycli constructione vnitatē ꝓ nūero cycli decemnouenalis. Per omēs em̄ menses
Calēdarij eorū in quē diē pro eo anno acciderat luminariū coitus siue cōgressus
inscripserunt vnitatē. Secundo aūt anno post Nicenā synodū qui fuit ann⁹ chri-
sti 324 locarunt ꝑ singulos menses ſm luminariū cōuentionē binariū pro nūero
cycli decēnouenalis. Itidē fecerūt ꝓ anno tertio p⁹ Nicænā synodū hoc est pro an-
no christi 325 vbi Calēdarij mēsibus opportunis locis ternariū inseruere: & hoc
pacto processērt vsq; in cōpletionē deciminoni nūeri et vltimi nūeri cycli Alexā
drinorū. Et vocauere hūc cyclū sicuti cōmemorauimus enneadecaterida id decē
nouenalē ad differentiā aliorū cyclorū puta sedecim annorū, quinq; & viginti an
noꝝ, Triginta annorū & aliorū de quib⁹ & eorundē cōpositoribus in sequētib⁹
audies. Q̄ꝫ si fortasse iā mēoratis fidē dubiā habueris: expecta paulisper & arith-
metica supputatiōe Nisi aures & oculos obduraueris: te certiorē reddā. Ordina-
uerūt aūt Alexandrini & Eusebius in hui⁹ cycli digestione pro anno Christi 323
vnitatē ꝓ nūero cycli decēnouenalis minime aduertentes latinoꝝ christianorū &
hebræoꝝ cyclos in quib⁹ ꝓ eo anno 17 fuerūt aureus numer⁹ cycli aut nūer⁹ de-
cēnouenalis. Nūerus em̄ cycli (vt summatim dicā) latinorū priscorū, & hebræo
rū custoditus vsq; in hodiernū diē semꝑ minor est in ternario, nūero cycli Alexā
drini. In exēplis facile capies Anno nostræ salutis 1518 fluente nūerus cycli decē
nouenalis Alexandrinorū seu vt vulgus vocat aure⁹ nūerus est 18, hebræorū aūt
& latinorū priscorū est 15 minor ternario. Sic anno christi 1519 currente Aure⁹
nūerus aut nūerus cycli decemnouenalis alexandrinoꝝ & etiā nr̄ erit 19, hebræo
rū & latinoꝝ veterū 16 & hoc mō in reliquis iudicabis hinc palā est horū cycloꝝ
nūeros eq̄li semꝑ distare interuallo & pari distantia progredi Nisi ꝑ ecclīam alia
fiat ordinatio. ¶ Tertio loco notandū ꝙ Alexandrini & Eusebius in cōpositiōe Q
cycli decēnouenalis obseruauerūt annos solares q̄les etiā Rhomani ꝑ diuū Iuliū
cæsarē edocti in hodiernū vsq; diē custodiūt. Anni reditū aut reuolutionē 365 die
bus & q̄drante h̄ est: sex horis ꝑficientes. De anni aūt multiplici acceptione alibi
affatim dicem⁹. ¶ Quarto loco cōtuendū ꝙ ægyptij teste Herodoto li: 2 primū R
distribuerūt annum in 12 menses. Nec obuiat Herodoto dictum berosi in deflo-
ratione chaldaica Libro tertio: vbi de seuissimo patre Noa sic loquitur. distinxit
Annum ad cursum solis: & duodecim menses ad motū lunæ. Berosus asserit de
mensibus menstruis. Secus Herodotus, ꝑut p⁹ pauca audies. Sūt aūt noīa mēsiuꝫ
Alexādrinoꝝ & grecoꝝ ī nr̄is latinis codicib⁹ admodū corrupta et deꝑuata. Vt
videre licet in vetula traductione cōpositiōis maioris Ptolemæi. In tabulis Astro
nomicis Alphōsi regis. In Epitomate Ioānis de mōte regio & alijs. Prim⁹ quippe
mensis q̄ appellat Thoth ab alijs noīatur Thuch, Thus, Thuz, Secundus phao-
phi, ab alijs phaosi, phaba, baba. Tertius Athyr ab alijs Acthor & sic de reliquis
Vsitatiora aūt & correctiora noīa hæc sūt. Prim⁹ noīatur Thoth, Secūdus phao-
phi, Tertius Athyr, Quartus choiac, Quintus Tybi Sextus Mechyr, Septimus
Phamenoth, Octauus Pharmuti, Non⁹ Pachon Decim⁹ Pauni, Vndecim⁹ Epi
phi, Duodecim⁹ Mesore. ¶ Quinto loco aīaduertendū ꝙ nūerus dierū mēsiū S
Alexandrinoꝝ distat a nūero dierū mēsium Rhomanorū aut latinorū Nā alexā-

drini vnicuiq; mēsi tricenos tribuūt dies: dempto vltimo quē vno & triginta dieb⁹ complent Latinorū vero mensiū nullus vnū & tricenos dies superat. S; Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Augustus, October, & December hodie tricenos & singulos habent dies & numero gaudent impari quem Pythagorici apprime obseruandum monent. Reliqui Aprilis, Iunius, September, & Nouember tricenis diebus cōplentur. Februarius aūt tpe diui Iulij Cæsaris in anno cōi nouē & vicenos, In intercalari tricenos habuit. sed postq; per senatus con: Octauius Cæsar appellat⁹ fuit Augustus, mensi Sextili qui triginta dūtaxat habuit additus est dies a Februario detruncatus. In honorē Augusti & quia hic mensis huic imperio fœlicissimus fuit: Vocatus est Augustus. Ob id Februarius mutilatus in anno cōi 28. In bissextili ṽo 29 obtinuit dies. De his lege Suetoniū In vita Cæsaris Augusti. Et Macrobiū libro primo Satur. Et diuū Hierony: in epl̃a ad Eustochiū. ¶ Sexto loco id non est prætereundū: q̄ initia mēsium Alexandrinorū collata ad principia mēsiū Rhomanoꝝ cū eis minime quadrant. Immo nullius mensis Alexandrinoꝝ initium cōcurrit cū initio cuiuspiā mensis Rhomani. Thoth em̄ primus mensis Alexandrinoꝝ collat⁹ ad menses Rhomanos initiatur quarto Cal: Septēbris id est Nona & vigesima die Augusti. Phaophi secundus mensis Alexan: auspicatur suum principiū q̄rto Cal: Octobris hoc est vigesima octaua die septembris. Athyr tertius mensis Alexan: sumit exordiū quinto Cal: Nouēbris. id est octaua & vigesima die Octobris. Choiac quartus mēsis Alex: habet initiū quinto Cal: Decēbris, hoc est vigesima septima die Nouembris. Tybi mensis quintus Alex: incipit sexto Cal: Ianuar: id est septima & vigesima die Decēbris. Mechyr sextus mensis Alex: initiatur septimo Cal: Febru: h̄ est vigesima sexta die Ianuary. Phamenoth septimus mensis Alexan: auspicatur initium quinto Cal: Martij: hoc est quinta & vigesima die Februarij. Pharmuthi mēsis octauus Alex: habet exordiū sexto Calen: April: id est vigesima septima die Martij. Pachon nonus mēsis Alex: incipit sexto Calen: Maij, hoc est, sexta & vigesima die Aprilis. Pauni decimus mēsis Alex: exorditur septimo Calen: Iunij id est sexta & vigesima die Maij. Epiphi mensis vndecimus Alex: habet principiū septimo Calen: Iulij, hoc est vigesima quinta die Iunij. Mesore tandē duodecimus mensis Alexan: auspicatur initiū octauo Calē: Augusti id est quinta & vigesima die Iulij Et cōplet quinq; & tricenis dieb⁹. ¶ His explicatis ac aīaduersis, Si Calēdario rhomano, noīa & dies mensium Alexādrinoꝝ inscribere decreueris: accipe in manus Calendariū Rhomanū vulgatū: cui inserta sunt noīa mensiū, dies eorundē, Literæ feriarū, Calendæ, Nonæ & Idus. In quo inquire nonū & vigesimū diem Augusti mensis. cui c litera, & quaternæ Calen: Septembris adhærent. ibi em̄ sedes est primi mēsis Alexādrinorū sc; Toth quare vnariū scribito e regiōe vigesiminoni diei Augusti & in ei⁹ capite Thoth mensis nomē: sequēti die puta trigesima die Augusti scribito binariū & subsequenti ternariū: & sic deinceps cōtinuato ₛm naturalē nūeri seriē vsq; in 30 stabit aūt is numerus tricenus e regiōe septimi & viceni diei Septēbris: aut quinto Calen: Octobris. Deinde vigesimooctauo die Septēbris aut quarto Calen: Octobris incipit secundus mensis Alexandrinoꝝ sc; Phaophi quare e directo cōmemorati diei scribito vnariū & superne Phaophi. & numeros sequentes puta 2, 3, 4, 5, 6, vsq; in 30 queādmodū iam de mense Thoth monuimus Calendario Rhomano inscribes. Locabitur aūt nūerus 30 huius mensis e regiōe septimi & vigesimi diei mēsis Octobris aut sexto Calen: Nouenbris. Et hoc pacto pro inscriptione reliquoꝝ mensium operaberis. & videbis Calendarium Alexandrinum pulchre cōnexū Calendario Rhomano. Et inde non sine fructu facillime cōiectabis qui menses Alexādrini nostris mensibus & qui dies nostris diebus respondeant. Et q̄ lector candide predicta intelligas: accipe huiusce rei tabulam sequentē. In qua duntaxat quattuor menses exarauimus: qui nostris institutis accōmodabūtur. reliquos missos fecim⁹.

Tabula Calēdaria quattuor mēsiū Alexandrinorū Tybi/Mechyr/Phamenoth/& Pharmuthi/cū mēsibꝫ Rhomanis Decēbri/Ianuario/Februario/Martio & Aprili cōcurrentiū.

Tybi quintꝰ mensis Alexādrinorū concurrit cū decembri et ianuario.

Numeri cycli decē/nouenalis	Dies Tybi mensis.	Dies mensiū Rho/manorum.	Litere feriarum	Calende, None Idus.
	1	Decē. 27	d	6 Kalē
17	2	28	e	5 Kalē
6	3	29	f	4 Kalē
	4	30	g	3 Kalē
14	5	31	a	2 Kalē
3	6	Janu 1	a	KL Ian.
	7	2	b	4 Non̄
11	8	3	c	3 Non̄
	9	4	d	2 Non̄
19	10	5	e	None
8	11	6	f	8 Idus
	12	7	g	7 Idus
16	13	8	a	6 Idus
5	14	9	b	5 Idus
	15	10	c	4 Idus
13	16	11	d	3 Idus
2	17	12	e	2 Idus
	18	13	f	Idus.
10	19	14	g	19 Kalē
	20	15	a	18 Kalē
18	21	16	b	17 Kalē
7	22	17	c	16 Kalē
	23	18	d	15 Kalē
15	24	19	e	14 Kalē
4	25	20	f	13 Kalē
	26	21	g	12 Kalē
12	27	22	a	11 Kalē
1	28	23	b	10 Kalē
	29	24	c	9 Kalē
9	30	25	d	8 Kalē

Mechyr sextus mensis Alexādrinorū cōcurrit cum Januario et Februario.

Nūeri cycli decēno.	Dies mechyr mēsis	Dies mēsium Rho/manorum.	Litere feriarum.	Calende None Idus.
	1	Janu 26	e	7 Kalen
17	2	27	f	6 Kalen
6	3	28	g	5 Kalen
	4	29	a	4 Calen
14	5	30	b	3 Kalen
3	6	31	c	2 Kalen
	7	Febru 1	d	KL Febr
11	8	2	e	4 Non̄
19	9	3	f	3 Non̄
8	10	4	g	2 Non̄
	11	5	a	None.
16	12	6	b	8 Idus
5	13	7	c	7 Idus
	14	8	d	6 Idus
13	15	9	e	5 Idus
2	16	10	f	4 Idus
	17	11	g	3 Idus
10	18	12	a	2 Idus
	19	13	b	Idus.
18	20	14	c	16 Kalē
7	21	15	d	15 Kalen
	22	16	e	14 Kalen
15	23	17	f	13 Kalen
4	24	18	g	12 Kalen
	25	19	a	11 Kalen
12	26	20	b	10 Kalen
1	27	21	c	9 Kalen
	28	22	d	8 Kalen
9	29	23	e	7 Kalen
	30	24	f	6 Kalen

Phamenoth septimus mēsis Alexandrinorū concurrit cum Februario et Marcio.

Nūeri cycli decēno.	Dies phamenoth mē	Dies mēsium Rho/manorum.	Litere feriarum.	Calende None Idus.
17	1	Febru 25	g	5 Kalē
6	2	26	a	4 Kalē
	3	27	b	3 Kalē
14	4	28	c	2 Kalē
3	5	Mar 1	d	KL mar.
	6	2	e	6 Non̄
11	7	3	f	5 Non̄
	8	4	g	4 Non̄
19	9	5	a	3 Non̄
8	10	6	b	2 Non̄
	11	7	c	None
16	12	8	d	8 Idꝰ
5	13	9	e	7 Idꝰ
	14	10	f	6 Idꝰ
13	15	11	g	5 Idꝰ
2	16	12	a	4 Idꝰ
	17	13	b	3 Idꝰ
10	18	14	c	2 Idꝰ
	19	15	d	Idus.
18	20	16	e	17 Kalē
7	21	17	f	16 Kalē
	22	18	g	15 Kalē
15	23	19	a	14 Kalē
4	24	20	b	13 Kalē
	25	21	c	12 Kalē
12	26	22	d	11 Kalē
1	27	23	e	10 Kalē
	28	24	f	9 Kalē
9	29	25	g	8 Kalē
	30	26	a	7 Kalē

Pharmuti octauꝰ mēsis Alexandrinorū cōcurrit cū Martio et Aprili.

Nūeri cycli decēno.	Dies pharmuti mē.	Dies mensiū Rho/manorum.	Litere feriarum.	Calende None Idus.
17	1	Mar 27	b	6 Kalē
6	2	28	c	5 Kalē
	3	29	d	4 Kalē
14	4	30	e	3 Kalē
3	5	31	f	2 Kalē
	6	Apri. 1	g	KL apri.
11	7	2	a	4 Non̄
	8	3	b	3 Non̄
19	9	4	c	2 Non̄
8	10	5	d	None
16	11	6	e	8 Idus
5	12	7	f	7 Idus
	13	8	g	6 Idus
13	14	9	a	5 Idus
2	15	10	b	4 Idus
	16	11	c	3 Idus
10	17	12	d	2 Idus
	18	13	e	Idus
18	19	14	f	18 Kalē
7	20	15	g	17 Kalē
	21	16	a	16 Kalē
15	22	17	b	15 Kalē
4	23	18	c	14 Kalē
	24	19	d	13 Kalē
12	25	20	e	12 Kalē
1	26	21	f	11 Kalē
	27	22	g	10 Kalē
9	28	23	a	9 Kalē
	29	24	b	8 Kalē
17	30	25	c	7 Kalē

Y ¶Pro inſcriptiōe numeri cycli decēnouenal'(quē vulgus aureū numerū appellitat) in Calendariū Alexandrinoꝝ & excōſequutione Rhomanoꝝ, Aduertendū eſt ꝙ priſci Alexandrini & Euſebius maximis laborib⁹ geminos cyclos decēnouenales Calēdarijs inſcripſere. Vnū quē epactalē vocauerūt: Alterū paſchalē quē ex epactali exſerpſerunt. O vos fucatæ epactę: ſed nolumus in preſentia oēs tāgere mōtes ne

Z fumigent. Vidimus ꝗppe ea quę ꝑfecta ſunt: ꝗre euacuauimus ea ꝗ ex parte. ¶In paſchalē cyclū Alexādrinoꝝ Rhomani vixtandē p⁹ innūeras ꝓpemodū diſſenſiones & digladiationes cū græcis, & Alexandrinis de paſchæ celebratōe habitas cōſenſere. Quocirca Dioniſius abbas Rhomanus, cognomēto exiguus, latina & grę ca lingua peritus. Anno grǣ 526 vel circiter ex calendario Alexandrino nūerus cycli decēnouenalis extraxit: & Rhomano Calendario inſcripſit. ꝗs vniuerſalis eccl'ia pro paſchæ celebratiōe in hodiernū vſ𝔮 diē obſeruat. Et ſunt hi nūeri ꝗs aureos nū cupāt hac nr̄a tēpeſtate paſſim Calēdarijs Rhomanis inſcripti. vt videre facile eſt in libris horarū canonicaꝝ, Pſalterijs, & libris quos miſſales noīant. Inuexit aūt Dioniſius hos nūeros in Rhomanū calēdariū nō nulla facta mutatiōe: quā diuerſa Annoꝝ Rhomanoꝝ & Alexādrinoꝝ initia ita fieri expoſcebat. Nā cū alexādrini anni exordiū ſumant a quarto Cal' Septēbris: hoc eſt a vigeſima nona die Auguſti. Rhomani vero a principio Ianuarij anni initium auſpicentur: expediens & opportunū fuit vt in ea tp̄is inter capedine ꝗ eſt a nono & vigeſimo die Auguſti vſ𝔮 in Ianuariū Aurei nūeri Alexādrinoꝝ excederēt aureos nūeros Rhomanoꝝ in vnario. Quo factū eſt ꝙ Dioniſius ab oībus nūeris aureis in memorata intercapedine in Calēdario Alexandrino inſertis vnitatem abſtulit: & reſiduū Calendario Rhomano inſcripſit ſedibus nūerorū minime mutatis. Verbi gratia, Eſto ꝙ aure⁹ nūerus Anni Chriſti oblati ſit 8. eo Rhomani vtuntur a principio Ianuarij vſ𝔮 in finē anni Rhomani Alexādrini eodē coutuntur ab initio Ianuarij vſ𝔮 in vigeſimūnonū diē Auguſti: In quo aliū initiant annū: & aliū aureū nūerum cōſtituūt ſc3 Nouenariū. Vbi igitur in ꝑdicta intercapedine in menſe quopiā Alexādrinorū in nūeris dierū rept⁹ fuit Nouenari⁹ Dyoniſius abiecit vnitatē et Rhomano Calēdario inſeruit ogdoadē

& Haud diſſimiliter cū reliquis oꝑatus eſt. ¶Nūeri igitur Cycli decēnouenalis aurei dicti paſſim vtri𝔮 Calēdario inſcripti Indicant dies mediocriū cōiunctionū luminariū. Nō quidē hac nr̄a tēpeſtate, ſed tp̄e Nicęnæ ſynodi, qn̄ Alexādrino Calendario inſerti fuere: & poſthac a dionyſio Calendario Rhomano illati. Et vt ad rē ipſaʒ propius accedam⁹ p ſupputationē aſtrologicā nūerorū cycli decēnouenalis in Calendariū inſcriptionē experiri haud erit difficile. retro cedēdo ad iampridē lapſa tp̄a. ħ eſt ad annū primū p⁹ Nicænā ſynodū. Et ſi nō nūq𝔮 quidpiā diuerſitatis occurret. nō aſtrologicus arguend⁹ eſt cōputus ſ3 fallaces epactę, aut ſaltus lunæ quē Alexādrini cōfinxerūt. Lunā eñ in cœlo ſalire eſt chimerā in rerū naturā inducere. aut arguēda eſt Emboliſmorū impoſitio: ꝗs oēs Alexādrini imitatores hebræorū vſ𝔮 ad mēſem paſcha præcedentē ſeruare. ſed de his & alijs decipulis alibi affatim tractabimus. Nolum⁹ etiā in ꝑſentiaꝝ inſcriptionē Aurei nūeri incboare a primo mēſe alexandrinoꝝ Thoth: ſ3 a mēſib⁹ ſup̄ in Tabula Calēdaria nō a bre expoſitis. ¶Faci

ꝓ litate aūt oꝑatiōis ꝑſuaſi tabulas ſupputatorias vſu habitas ab Alphōſinis nuſq𝔮 diſcrepantes, ꝗrum magna eſt nobis turba, in manus recepim⁹ Et Anno primo poſt Nicęnā ſyuodū, q fuit ann⁹ 39 ex die Imperij Dioclitiani. Chriſti aūt 323. Et prim⁹ ann⁹ cycli decēnouenalis Cuius Aureus nūerus authoritate factę cōmiſſionis fuit vnitas. F lr̄a dn̄icalis. Et inuenim⁹ ſolerti cōputatiōe luminariū ſc̄m mediū motū cōiunctionē, ad meridianū vrbis Alexandrinę, factā fuiſſe: 28 die Tybi mēſis Alexādrini & 23 Ianuarij menſis Rhomani, horis 5 minutis 49, p⁹ meridiē cōpletis. quapropē cōueniēter his dieb⁹ in vtro𝔮 calēdario inſerta eſt vnitas. a ꝗ die cōiunctiōis priſci cōputarūt reliquoꝝ menſiū cōiunctiones: Aureo nūero vnario reſpōdentes addēdo nūero dierū ꝑdictorū 39 dies & incidit aure⁹ nūer⁹ vnitas in 27 diē Mechyr menſis Alexādrini, & in 21 Februarij mēſis Rhomani: ꝗre ibidē vnitatē inſcripſere Et huic nūero dierū iunxerūt 30 dies: & reptus eſt locus aurei nūeri vnarij: in 27 die

Phamenoth mēsis Alexandrini, 23 dieb⁹ Martij mēsis Rhomani. Et hoc pacto reliquis mēsibus memoratū Aureū nūerū inscripserunt, & alternatis vicib⁹ mō addiderūt 29 dies, modo 30. Habita tñ ratiōe embolismoꝝ. Ecce priscoꝝ aliā decipulā. Verius hæc astrologica supputatio absoluit. addēdo tpi supputatæ cōiunctiōis tps mēsis mēstrui: sc3 dies 29, horas 12, minuta 44, secūda fere 3 q̄ addito ꝓdibit cōiunctio sequētes sc3 die 27 Mechyr mēsis alexandrinoꝝ, & 21 die Februarij mēsis Rhomanoꝝ, horis 18, minutis 33 a meridie recensendis. q̄re 27 die mensis Mechyr & 21 Februarij vnitas inserta cernitur. Et pro hac formula reliquoꝝ mensiū cōiunctiōes facillime inuestigabis Est aūt hmōi supputatio cōiunctionū et etiā oppositionū luminariū ꝼm mediū cursu3 ꝑuulgata, vt etiā mulierculas nō lateat. ¶ Preterea anno 40 ex die Imperij Diocliciani, Anno aūt christi 324 Fluente bissextili, secundo post Nicēnā synodū, Nūer⁹ cycli decēnouenalis fuit binarius, E, D, lrǣ dñicales, & facta fuit luminariū Cōiunctio iuxta mediū cursum ad meridianū memoratæ vrbis Alexandrię: 17 die Tybi mēsis Alexandrinoꝝ, & 12 Ianuarij, horis 14, minutis 37 post meridiē trāsactis. q̄re cōgruenter ꝑdictis dieb⁹ mēsiū adnotatus est nūer⁹ binarius: significās luminariū coitū ꝓ iam memoratis dieb⁹ factū fuisse. Anno 41 ex die Imperij Dioclitiani. Anno aūt grǣ 325 currēte, & tertio p⁹ Nicēnā synodū, Nūerus decēnouenalis fuit ternarius, C lrā dñicalis. Facta fuit luminariū cōuentio 6 die mēsis Tybi & prima Ianuarij añ meridiē fere 34 minutis q̄propter haud incōuenienter adscript⁹ est ternarius: Denotās eo anno & his dieb⁹ lūinariū factā fuisse cōuentionē. Anno 42 ex die Imperij Dioclitiani, Anno aūt nrǣ salutis 326, & q̄rto post Nicænā synodū, Aureus nūerus aut numer⁹ decēnouenalis fuit quaternarius, B lrā dñicalis, luminariū media cōgressio 24 die mēsis Tybi, & 19 mensis Ianuarij, horis 20, minutis 59 post meridiē transcursis. Et insertus fuit nūerus quaternarius 25 die mensis Tybi, & 20 Ianuarij, propter horarū & minutoꝝ pluralitatē. Prisci em̄ versati sūt ꝓpe verū, obijciētes nobis verbū Salomonis, qui vehemēter emungit elicit sanguinē. Anno 43 ex die imperij Diocliciani, Anno aūt christi 327 fluēte, & quīto post Nicænā synodū, Numerus decēnouenalis fuit quinarius. A lrā dñicalis, luminariū cōiunctio ꝼm cursum æqualē fuit die 14 mensis Tybi, & 9 Ianuarij, horis 5, minutis 47 p⁹ meridiē. Ergo 14 die mensis Tybi & 9 Ianuarij apte adnotatus est nūerus quinarius, Indicans his diebus luminariū fuisse cōuentionē. ¶ Anno 44 ex die Imperij Dioclitiani, Anno aūt grǣ 328 labēte & bissextili, sexto p⁹ Nycēnā synodū, Nūerus decēnouenalis senarius, G F lrę dñicales, luminariū media cōiunctio fuit 3 die mēsis Mechyr & 28 die Ianuarij, horis 3, minutis 20 p⁹ meridiē lapsis. Quapropter his diebus senarius nūerus cōgrue adsignatus fuit. Et sic de reliquis. Offendemus ferme semꝑ luminariū accidisse cōgressum iuxta cursum equalē, quo eccl'ia in hodiernū vsq3 diē vsa est: eo die quo nūeri cycli decēnouenalis Calendario inscribuntur. Ex his palā est nūerum illū quē aureū appellant Alexandrino Calendario insertū & ex Alexādrino in nrm̄ inuectū significasse tunc tēpestatis diē cōiunctionis luminariū ijsdē quoq3 diebus quib⁹ hi nūeri sunt ꝑnotati luna in eccl'ia dicebatur prima Quod ex hoc optime liquet. Nā in mense paschali supputando a quouis nūero ad diē vsq3 q̄rtūdecimū Locat̄ in eo terminus paschalis qui decimāquartā lunā designat. Et si nō nihil diuersitatis apparet in positione Aureorū nūerorū ꝼm Alexādrinos et astrologos ī diuersis sedib⁹ id ē dieb⁹ mēsiū. Nō accidit id ex errore calculi astrologici q cert⁹ ē. Sed ex eo ꝙ nūeri aurei Alexādrino Calēdario inserti & postea in Rhomanū illati, inscripti sunt per cōputationē modo 30 dierū pro vna lunatione, mō 29 pro altera, alternis vt diximus vicibus. q̄ quidē alterna supputatio non omnino q̄drat cū cōputo astrologico Nā in duodecim lunationibus in anno Solari decurrentib⁹ super alternā hanc additiōem ꝓpemodū hore abundant. Cōsimili modo neq3 priscę epactę q̄ dūtaxat integros dies recipiūt puta 11, 22, 3, 14 &c. hunc rei satisfaciūt. ¶ Accedit ad hæc priscos viros hanc etiā obseruasse cautelā: ꝙ nunq3 posuere duos aureos nūeros e regiōe vnius diei in eorū cyclo decē nouenali autumātes hoc indecens esse & a motu cœli alienū. Et hac nr̄a tēpestate q̄dam harū

Aa

rerum egregius supputator, & alioꝝ grauis censor scriptū reliquit. Impossibile esse duas lunatiões cœlestes eiusdē cycli vno cōtingere die Adhibeat is oculos rogo ad cōiunctiões Ianuarias Anno christi 1501 & anno 1512 & palā videbit eas in eundē diē sc; 18 Ianuarij incidisse. Ni in ꝓprio fluctuauerit cōputo. Adijciat ꝑterea oculū cōiunctiōib⁹ Ianuarijs Anni christi 1521 et anni 1532 eueturi 7 die Ianuarij ad vrbē (vt asserit) supputatis. Pro nr̄o aūt meridiano Cōiunctio Ianuarij Anni christi 1521 cōtingit die septima Ianuarij, horis 21, minutis 53 post meridiē Anno aūt 1532 Cōiunctio in eundē incidet diē septimū Ianuarij, ho: 1 mi: 44 post meridiē. Ecce eregione septimi diei Ianuarij locabūtur duo aurei nūeri sc; 2 & 13 eiusdē cycli decēnouenalis, quia hæ cōiunctiones in eundē incidēt diem, in horis tn̄ & minutijs distantes Errasset ꝓfecto crebro Ioannes Gmund in sacris lr̄is & mathematicis disciplinis apprime erudit⁹, archigymnasij literarij Vienēsis Germanię dum vitā egit vicecācellarius, qui ædidit Calendariū cōiunctionū & oppositionū ſm mediū cursum iucūdissimū In q̄ cōpluries duas ꝯiunctiōes aut oppositiōes, & earundē aureos nūeros e directo vnius diei locauit. Quod priscis repugnat q̄re nō nūq̄ aureos nūeros nō ꝓprijs sed alienis sedibus inscripsere. Has igit̄ veterū cautelas, has captiunculas atq̄ decipulas ab horret & fugit astrologica supputatio q̄re singlos aureos nūeros suis
Cc opportunis adaptat sedib⁹. ¶ Hacten⁹ de calēdario & cyclo decēnouenali alexandrinoꝝ potissimū tractauim⁹ Nūc ad Calēdariū Rhomanoꝝ seu latinoꝝ et eorūdē cyclum lunarē decemnouenalē stilū promoueam⁹. Vbi meminisse debemus. Etsi teste plinio li: 18 Dierū anni ꝓpe inexplicabil' ratio est: Rhomani tn̄ siue latini iuxta triplicē anni obseruationē triplex ædiderūt Calēdariū. Primū ædidit Rhomulus q̄ teste. Varrone Rhomā cōdidit prim⁹ Rhomanoꝝ rex. 18 annū (Solino & Macrobio testib⁹) 304 diebus cōpleuit & suo Calēdario decē mēses inscripsit Aprili, Iunio Sextili, Sept̄ebri, Nouēbri, Decēbri tricenos tribuens dies, Reliquis vero Martio, Maio, Quintili, Octobri tricenos & singulos. Primus erat Martius quē Marti pr̄i cōsecrauit & caput anni esse uoluit. Secūdus April' q̄si Aphrilis quē ab Eneę matre Venere noīauit. Tertius Maius a maiorib⁹ id est seniorib⁹ cōsilijs rempu: tuentib⁹ Quartus Iunius a Iuniorib⁹ rempu: armis tutātib⁹. Reliq̄s menses ab ordine nūeri appellauit vt Quintilis quint⁹ a Martio, Sextilis Sept̄eber, October, Nouēber, December. Rationes Romuli de quātitate anni 304 dieꝝ & digestionis in decē mēses aperit Ouidi⁹ primo fastoꝝ his metris. Tp̄a digereret cū cōditor vrbis in anno Cōstituit mēses quinq̄ bis esse suo. Scilicet arma magis q̄ sydera Romule noras Curaq̄ finitimos vincere maior erat Est tn̄ & ratio Cæsar. q̄ mouerat illū Erroreq̄ suū quo tueat̄ habet. Q̄ꝫ satis est utero matris dū ꝓdeat infans Hoc anno statuit tp̄is esse satis Per totidē menses a funere cōiugis vxor. Sustinet in vidua: tristiciaq̄ signa domo. Martis erat primus mensis: venerisq̄ secūdus. Hæc generis princeps: ipsius ille pater. Tertius senibus: Iuuenū de noīe quartus. Quę sequit̄ nūero turba vocata fuit.
Dd ¶ Secūdū Calēdariū ædidit numa Pompilius secūdus Rhomanoꝝ rex. qui nō vt rex sed vt sacroꝝ pontifex annū tricentis quinq̄ginta q̄ttuor dieb⁹ demensus est. Is Calendariū lunare duodecim mensiū cōposuit. Addidit eēm anno Rhomuli 50 dies Hi menses erāt ꝑfecti alternatim dieb⁹ 30 & 29 iuxta ipsius lunę motū respectu solis q̄ a cōiuctione eius cū sole vsq̄ ad sequentē coitū absumit 29 dies cū dimidio, posthabitis minutijs horarijs. & quia dies in Calēdario partiri nō possunt vt dies naturalis dūtaxat duodecī horas haberet attribuit Numa vni mensi 30 dies alteri 29. Hęc fuit apud latinos prima anni lunaris ratio a Numa antistite instituta Iuxta quā nūer⁹ dierū mensium 30 excedere haud patuit secutus est autē Numa Arabes qui lunares tm̄ obseruant annos sp̄etis solaribus. Defecit tn̄ Numa in eo q̄ minutias exuberātes non custodiuit: quas Arabes expūctim colligūt: addentes nō nūq̄ secundo, tertio anno diē vnū. Sed de cyclo Arabū in sequētibus tractantibus. In Calēdario igit̄ Numæ Martius habuit 30 dies, Aprilis 29, Maius 30, Iunius 29 Quintilis 30, Sextilis 29, September 30 October 29 Nouēber 30, December 29 Ianuarius 30, Februarius 29, Descripsit etiā in suo Calendario stellaꝝ ortū & occasum. Ingressum Solis

in Arietem Octauę speræ, & fastorum cerimonias. De mensibus Numæ Ouidius in Fastis sic canit. At Numa nec Ianū nec auitas pterit vmbras. Mensibus antiquis ad didit ille duos. Ne tamen ignores variorum iura dierū: Non habet officium lucifer omīs idem Postea idem Numa cōtemplatione nūeri imparis (quē pythagorici mo nent prępo ni in oībus oportere) mutauit nūeros mensiū & addidit anno suo diem vnū contra rationē motus cœlestis Ita vt oēs menses dempto Febuario quasi ab ominoso dijs feris dicato impari dierū nūero cōstitueret scilicet aut 29 aut 31 dierū. Sed de hac mutatione alibi abunde differemus. ❡ Tertium calendariū nr̄e institu tioni accōmodū. C: Iulius cæsar dictator cōposuit. Is eīn quanq̄ ob imperij guber nacula q̄ tenuit: crebro rebus bellicis & negocijs difficillimis fuit inuolutus: Nūq̄ tñ bonarū disciplinarū studia neglexit Fuit sane astrologiæ pitissimus atq̄ diligētis simus Testatur Iulius Firmicus libro octauo qui ait: ab eo nūerū sydezū latinū pscri ptū. Immo Diuinæ astrologicę artis adio fuit peritus vt nouā sectā latinā instituerit Attestatur Plinius libro 18 ca: 25 Qui ortus & occasus stellarū & earūdē ratione ex positurus, pollicetur se descripturū iuxta obseruationē cæsaris. Nam cū antea tres solummodo astrologorū sectæ essent Caldea ægyptia & gręca quib' addidit apud nos inquit q̄rtam Cæsar dictator: Sosigene eius scientie pito adhibito. Vnde apud Lucanū decimo pharsaliæ merito gloriat̄ Cæsar: cum sene Achareo philosopho & pontifice Alexandrino in profundā vsq̄ noctē disputans, Media inter prælia semp Stellatū, cœliq̄ plagis, superisq̄ vacaui. Nō meus Eudoxi vincetur fastibus ann' Ee

❡ Cæsar namq̄ postq̄ Alexādriam Egipti applicuit: ab Egyptijs (Testibus Ap piano & Macrobio) veram anni quantitatē didicit: Rhomamq̄ reuersus, & maxi mū (Suetonio asserente) pontificatum adeptus, Rhomanis annū solarem instituit. Animaduertēs Rhōmanos p multa sęcula in obſuatione anni implicatos & pfun da errorū caligine fluctuasse: neq̄ solis reuolutiōi neq̄ lunari cursui annū ad vnguē respondere. Neq̄ messium ferias in æstate, neq̄ vindemiarum sacrificia in autūno celebrari: Cuius fluctuationis causam quam pretereo Solinus indicat. Itaq̄ vniuer sam hanc inconstantiam composuit. Adiecit eīn ad annū Numæ Rhomanū dictū dies decē cū quadrante vt annus motui solis manifeste æquaretur. & ita annum tre centis sexagenis quinis diebus cum quadrante integrauit. pro quadrante id est se nis horis singulis annis exuberantibus, quarto anno ferme desinente Hoc est in Fe bruario ad sextas Calen: Martias diem vnum intercalari iussit. Vnde et annus quar tus intercalationis, bissextilis, & dies intercalatus bissextus est nominatus: qui bis sextum Calen: Martias obseruabant. Facta est autem hæc intercalatio in Februario: quia cæteris mensibus dies pauciores habet. Et sic tempore Cæsaris in anno interca lationis Februarius semper tricenis diebus numerabatur. ❡ Edidit igitur Iulius Cæsar Celendarium qđ Iulianū nuncupatur in duodenos menses ptitum, tribuēs Ianuario vnum & triginta dies, Februario nouem & vicenos, Martio vnum & tri cenos Aprili tricenos, Maio vnum & triginta, Iunio triginta, Quintili vnum & tri cenos, Sextili tricenos, Septembri tricenos, Octobri vnum & triginta Nouembri triginta. Et Decembri vnum & tricenos. Februario autem vt diximus quarto anno per intercalationem dies vnus aduenticius adijciebatur. Quintilis mensis Macro: docente in honorem Iulij Cæsaris dictatoris Legeferente M: Antonio Marci filio consule Iulius est appellatus: q hoc mense ad quartum Idus Quintilis procreatus sit. Sextili postea dicto Augusto additus est dies vnus a Februario detract' vt vnū & tricenos complecteretur. Ne Augustus Iulio inferior videretur Lege supra in li tera S Et ita Februario mutilato octo & viceni dumtaxat dies sunt relicti. Nero æter nitatis perpetueq̄ famæ cupidus (Teste Tranquillo) mensem Aprilem Neroneū nominari iussit. Et Cornelius Tacitus Libro quintodecimo refert decretum fuis se q Aprilis Neronis cognomentum acciperet. Sic Domitianus cognominatns Germanicus (Macrobio & Tranquillo authoribus) voluit Septembrem Germa nicum appellari: Octobrē autem suo noīe inuaserat. Sed quia ambo indigni vt in frarū nonumēta mittant: ppter parē eorū impietatē hi menses vsurpatiōe tyrannicæ

Ff

Gg

appellatiōis exuti sunt. Hæc igitᷣ fuit anni & mensiū ratio a Rhomanis tpe Octauij
Hh monarcheą an̄ Christi incarnationē instituta & vsq3 ad nr̄a tpa custodita. ¶ Ad Iu-
lianū redeo Calēdariū: in q̄ diuus Iulius adnitente M: Flauio (vt Macrobio placet)
scriba & Sosigene (vt plinio) astrologicæ sciæ pito adhibito, cyclū lunarē decēno-
uenalē cōscripsit: Anno suo solari quē Iulianū appellam⁹ maxime ɔgruentē. Pro q̄
ɔtuendū. Cū ego Anno gr̄e 1489 legatū in francia orientali agerē: adij splendidissi-
mū Baronē Philippū de Winspergantiquitatū amatorē: q mihi vetustissimū quēdā
obtulit librū in q̄ inter alia ꝑpe innumera offendi cōmētarios in cyclū diui Iulij cę-
saris incq3 eius Calendariū, ortū & occasum stellaꝝ, qbus significabatᷣ Cæsarē suum
cyclū incepisse a prima cōiunctione luminariū ꝭm mediū cursum p⁹ hybernū sol-
sticiū, eācq3 in primū diē Ianuarij, caputcq3 anni incidisse q̄re Cęsar e directo hui⁹ diei
Pro aureo nūero notauit vnitatē: a qua reliq̄s lunatiōes supputās Solis & lunæ cō-
uētiōes in suo Calēdario cōmemoratis viris M: Flauio & Sosigene opē ferētib⁹ pas-
sim ꝑut negotiū postulabat adnotauit. Inseruit aūt in eo nūerum decēnouē annoꝝ
quē vulgus aureū nūeꝝ vocat. In eodē q3 Calendario Plinio libro 18 ca: 25 & Oui:
in Fastis atcq3 alijs testibus, nō tm̄ lūinariū coitus, sed etiā ęquinoctia et solsticia, atcq3
stellaꝝ ort⁹ & occasus ɔscripsit: & p edictū obꝭuari demādauit. Incepit aūt idē diu⁹
Cæsar maxim⁹ Rhomanoꝝ pōtifex quēadmodū etiā an̄cessores sui Rhomani sa-
Ii cerdotes fecere diē a media nocte. ¶ His aīaduersis, volui harū rerū piculū subire
q̄re ad tpa Iulij cæsaris me cōtuli: & cō plurib⁹ nūeris incassum exaratis, tandē anno
45 ante christi incarnationē ex Tabulᷣ mihi vsu habitis repperi cōgressum lumina-
riū prima die Ianuarij, horis 18, mi: 44, secūdis 55 a media nocte cōputandis ad me-
ridianū fere vrbis Rhome. Iuxta astrologicā vsitatā cōputationē, die prima Ianuarij
horis 6, minu 44, & secūdis 55 a meridie nūerandis. Sequēs aut lūinariū cōiunctio
fuit die 31 Ianuarij, horis 7, minutis 28, secūdis 58 p⁹ noctis mediū, ꝭm astrologos
die 30 Ianuarij, horis 19, mi: 28, secū: 58 post meridiē Cæsar igitᷣ cyclū cōpositur⁹ or-
dinauit primā lunationē dierū tricenorū q̄re e regiōe primi & trigesimi diei Ianuarij
vnitatē exorauit. Et sequentē nouē & vicenis dieb⁹ absoluit. & iterū sequētem trice-
nis & ꝑ hac formula reliq̄s oēs lunatiōes digessit, nō omissa tn̄ ratiōe embolismoꝝ.
Et vt sūmatim dicatᷣ Cęsar sex primos embolismos fecit, triginta dieꝝ, s3 vltimū em
bolismū nouē & viginti dierū cōstituit Incepit āt Embolismū tertij anni primo die
Octobris. Anno sexti die secūdo Iulij, Noni primo die Maij, Vndecimi primo die
Octobris, Quartidecimi trigesimo die Octobris, Decimiseptimi primo die Iulij
Et decimi noni die tertio Decēbris. Q3 si nō nūq3 astrologic⁹ cōputus a positu au-
rei nūeri Cęsaris deuiat: ĥ vsu venire nō ambigito: ex lūationū alternis mō 30 mō 29
dierū nūerationib⁹ Itē ex Embolismis, Epactis de qbus sup̄ in lr̄is, &, ɔ, ꝶ, Aa, Bb
Kk satis dixim⁹ ¶ Cæterū meminsse cōuenit, ꝙ nūeri cycli Iuliani Calēdario inscripti
denotāt accessionē lunę factā fuisse eo die cui obijcitᷣ. Nec nō lunā dici primā eodē
die quēadmodū supputatio indicat. Nō āt significant visionē lunę. Nā an̄ tpa Iulij
cęsaris prisci Rhomani sub cœlo rudi, & seculo adhuc impolito cōstituti, nescij cō
putare lūinariū cursus: visa noua luna quēlibet mēsem inchoabāt. Erat em̄ minoris
pōtificis mun⁹ noue lunę primū obꝭuare ɔspectū: visamcq3 maiori pōtifici nūciare
Et etiā hi prisci annū a lunatiōe prima p⁹ brumale solstitiū auspicabanᷣt. Sed ęgyptij
ac alexādrini supputationū periti, Et cęsar ab ipsis edoctus nō diē visionis lunę sed
diē cōgressus lunę cū sole in cūctis aīaduertere cōsueuere. ¶ Necq3 obliuisci opor
Ll tet ꝙ cycl⁹ Iulianus p⁹ tpa Cęsaris in aliq̄ pte mutat⁹ est ob mutilationē mēsis Febru
arij, q tpe institutiōis Calēdarij cęsaris in anno cōi 29 dies habuit: Postea quēadmo
dū sup̄ in lr̄is S & Gg exposuim⁹ dūtaxat 28 ꝭuauit. Nolum⁹ hic scribere Calēdariū
Cesaris cū suo cyclo & nūeris dierū mēsiū q̄s idē singulis aptauerat. Licet factu esset
facile S3 solūmodo primos q̄ttuor mēses nr̄o instituto satisfaciētes ꝭm ɔsuetū nūeꝝ
dieꝝ mēsiū Calēdarij Rho: cū cyclo Iulij cęsaris subiūgem⁹. Nā sine eo haud quacq3
cognosci pōt: vet⁹ ille cyclus christianoꝝ quē in ecclr̄ia an̄ Nicęnā synodū in vsu ha
buerunt Sequūtur igitᷣ q̄ttuor mēses Calēdarij Rhomani cū cyclo Iulij Cæsaris.

QVATTVOR PRIMI MENSES Calendariĳ Rhomani cū Cyclo diui Juliĳ Caesaris Dictatoris.

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Januarius
1	1	a	KL
	2	b	4 Nonē
9	3	c	3 Nonē
	4	d	2 Nonē
17	5	e	None
6	6	f	8 Idꝰ
	7	g	7 Idꝰ
14	8	a	6 Idꝰ
3	9	b	5 Idꝰ
	10	c	4 Idꝰ
11	11	d	3 Idꝰ
	12	e	2 Idꝰ
19	13	f	Idus.
8	14	g	19 Kalē
	15	a	18 Kalē
16	16	b	17 Kalē
5	17	c	16 Kalē
	18	d	15 Kalē
13	19	e	14 Kalē
2	20	f	13 Kalē
	21	g	12 Kalē
10	22	a	11 Kalē
	23	b	10 Kalē
18	24	c	9 Kalē
7	25	d	8 Kalē
	26	e	7 Kalē
15	27	f	6 Kalē
4	28	g	5 Kalē
	29	a	4 Kalē
12	30	b	3 Kalē
1	31	c	2 Kalē

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Februarius
9	1	d	KL
	2	e	4 Nonē
17	3	f	3 Nonē
6	4	g	2 Nonē
	5	a	None.
14	6	b	8 Idus
3	7	c	7 Idus
	8	d	6 Idus
11	9	e	5 Idus
	10	f	4 Idus
19	11	g	3 Idus
8	12	a	2 Idus
	13	b	Idus.
16	14	c	16 Kalē
5	15	d	15 Kalen
	16	e	14 Kalen
13	17	f	13 Kalen
2	18	g	12 Kalen
	19	a	11 Kalen
10	20	b	10 Kalen
	21	c	9 Kalen
18	22	d	8 Kalen
7	23	e	7 Kalen
	24	f	6 Kalen
15	25	g	5 Kalen
4	26	a	4 Kalen
	27	b	3 Kalen
12	28	c	2 Kalen

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Marcius.
1	1	d	KL
	2	e	6 Nonē
9	3	f	5 Nonē
	4	g	4 Nonē
17	5	a	3 Nonē
6	6	b	2 Nonē
	7	c	None
14	8	d	8 Idꝰ
3	9	e	7 Idꝰ
	10	f	6 Idꝰ
11	11	g	5 Idꝰ
	12	a	4 Idꝰ
19	13	b	3 Idꝰ
8	14	c	2 Idꝰ
	15	d	Idus.
16	16	e	17 Kalē
5	17	f	16 Kalē
	18	g	15 Kalē
13	19	a	14 Kalē
2	20	b	13 Kalē
	21	c	12 Kalē
10	22	d	11 Kalē
	23	e	10 Kalē
18	24	f	9 Kalē
7	25	g	8 Kalē
	26	a	7 Kalē
15	27	b	6 Kalē
4	28	c	5 Kalē
	29	d	4 Kalē
12	30	e	3 Kalē
1	31	f	2 Kalē

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Aprilis.
9	1	g	KL
	2	a	4 Nonē
17	3	b	3 Nonē
6	4	c	2 Nonē
	5	d	None
14	6	e	8 Idꝰ
3	7	f	7 Idꝰ
	8	g	6 Idꝰ
11	9	a	5 Idꝰ
	10	b	4 Idꝰ
19	11	c	3 Idꝰ
8	12	d	2 Idꝰ
	13	e	Idus
16	14	f	18 Kalē
5	15	g	17 Kalē
	16	a	16 Kalē
13	17	b	15 Kalē
2	18	c	14 Kalē
	19	d	13 Kalē
10	20	e	12 Kalē
	21	f	11 Kalē
18	22	g	10 Kalē
7	23	a	9 Kalē
	24	b	8 Kalē
15	25	c	7 Kalē
4	26	d	6 Kalē
	27	e	5 Kalē
12	28	f	4 Kalē
1	29	g	3 Kalē
	30	a	2 Kalē

Mm

Nn ¶Vbi nouella plantatio ecclesiæ orthodoxe in hesperia aliquantũ coaluit: Chri=
stiani Rhomano subditi imperio, potissimum latini, ante Nicænam synodũ, pro
pascha per lunã decimamquartam inquirẽdo, vsi sunt cyclo lunari consueto a cæ=
sare instituto. Nulla in eo variatione admissa, Ni ꝙ Christiani hæbreorũ in hoc imi=
tatores a quibus pascha mutuati sunt: suum cyclũ paschalẽ inceperunt ab ęquino=
ctio autumnali: idest: a quarta & vigesima die septembris in quo prisci ęquinoctiũ
collocauerũt. propter diuersa igitur exordia horum cyclorum, necessum fuit non
nunꝗ imminuere numerus cycli Iuliani: non mutatis tamen sedibus eorum in Ca=
lendario Rhomano. Cæsar enim anni principium a prima die Ianuarij auspicatus ẽ
Christiani pro pascha celebrãdo a vigesima quarta vt diximus die septembris. Hęc
igitur annorum diuersa principia petierũt etiam diuersos numeros cycli lunaris aut
diuersos aureos numeros. In exẽplo facillime intelliges. Sit oblati cuiuspiam anni
quaternarius, numerus cycli lunaris: eo vsus est cæsar a principio sui anni scilicet
Ianuarij vsꝗ in finem Decembris. Christiani autem eius quaternarij vsum primuꝫ
inchoarunt ab initio anni eorum: id est: a quarta & vigesima die Septẽbris & eo vte
bantur vsꝗ in reditũ eiusdẽ vigesimæquartæ diei. Cousi sunt igitur Cæsar & Chri=
stiani quaternario numero a quarta & vigesima die Septembris vsꝗ in finem Decẽ
bris: quo finito cæsar incepit sequentem annũ: & quinariũ vsurpauit pro numero
cycli lunaris. Christiani autem cõtinuauerunt cum quaternario vltra finem Decem
bris ꝑ Ianuarium, Februarium, Martium, Aprilem, Maium, Iunium, Iulium, Au=
gustum & vsꝗ in vigesimũ quartum diem septembris post quẽ quinariũ instituerẽt
In commemoratis iam mensibus cæsar vsus est quinario. Vnde palam infertur ꝙ
per hos menses numerus cycli lunaris Christianorũ Fuit minor cyclo Cæsaris in
vnitate. Haud dissimiliter cum cæteris numeris cycli lunaris cõcludẽs. Quare Chri
stiani in constitutione Calendarij eorũ per omẽs ꝑdictos menses a numeris cycli
lunaris Cæsaris vnitatem detraxere, risiduo seruato e regione huius diei a cuius nu=
Oo mero vnitatem sustulerunt. ¶Si igitur optaueris cyclum Iulianũ quattuor mensiũ
supra expositorum Calendario priscorum latinorum inscribere, summe in manus
quattuor menses cum numeris cycli cæsaris & abijce a singulis numeris vnitatem
& residuum inscribe calendario tuo. In exemplis, ad primũ diem Ianuarij ponitur
vnitas: numerus cycli cæsaris eandem abijce: & in eius sedem scribito 19 numerum
vltimum huius cycli. Tertio die Ianuarij scribitur Nouenarius tolle de eo vnitatem
& manet Octonarius quem pinge e directo tertij diei. Quinto item die inseritur nu
merus 17 deme vnitatem & scribe 16. Et sic in cęteris omib⁹, & suscitabis quattuor
menses Rhomanos: cum cyclo lunari priscorum patrum latinorum, quo vsi sunt
pro luna decimaquarta pasclali indaganda, & per multa tempora obseruarũt: ante
& etiam post Nicænam synodum celebratam.

QVATTVOR MENSES RHO-
mani Calendarij cū Cyclo Lunari priscorū patrū.

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Januarius
19	1	a	KL
	2	b	4 Non̄
8	3	c	3 Non̄
	4	d	2 Non̄
16	5	e	None
5	6	f	8 Idꝰ
	7	g	7 Idꝰ
13	8	a	6 Idꝰ
2	9	b	5 Idꝰ
	10	c	4 Idꝰ
10	11	d	3 Idꝰ
18	12	e	2 Idꝰ
	13	f	Idus.
7	14	g	19 Kalē
	15	a	18 Kalē
15	16	b	17 Kalē
4	17	c	16 Kalē
	18	d	15 Kalē
12	19	e	14 Kalē
1	20	f	13 Kalē
	21	g	12 Kalē
9	22	a	11 Kalē
17	23	b	10 Kalē
	24	c	9 Kalē
6	25	d	8 Kalē
	26	e	7 Kalē
14	27	f	6 Kalē
3	28	g	5 Kalē
	29	a	4 Kalē
11	30	b	3 Kalē
19	31	c	2 Kalē

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Februarius
8	1	d	KL
	2	e	4 Non̄
16	3	f	3 Non̄
5	4	g	2 Non̄
	5	a	None.
13	6	b	8 Idus
2	7	c	7 Idus
	8	d	6 Idus
10	9	e	5 Idus
18	10	f	4 Idus
	11	g	3 Idus
7	12	a	2 Idus
	13	b	Idus.
15	14	c	16 Kalē
4	15	d	15 Kalen
	16	e	14 Kalen
12	17	f	13 Kalen
1	18	g	12 Kalen
	19	a	11 Kalen
9	20	b	10 Kalen
17	21	c	9 Kalen
	22	d	8 Kalen
6	23	e	7 Kalen
	24	f	6 Kalen
14	25	g	5 Kalen
3	26	a	4 Kalen
	27	b	3 Kalen
11	28	c	2 Kalen

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Martius.
19	1	d	KL
	2	e	6 Non̄
8	3	f	5 Non̄
	4	g	4 Non̄
16	5	a	3 Non̄
5	6	b	2 Non̄
	7	c	None
13	8	d	8 Idꝰ
2	9	e	7 Idꝰ
	10	f	6 Idꝰ
10	11	g	5 Idꝰ
18	12	a	4 Idꝰ
	13	b	3 Idꝰ
7	14	c	2 Idꝰ
	15	d	Idus.
15	16	e	17 Kalē
4	17	f	16 Kalē
	18	g	15 Kalē
12	19	a	14 Kalē
1	20	b	13 Kalē
	21	c	12 Kalē
9	22	d	11 Kalē
17	23	e	10 Kalē
	24	f	9 Kalē
6	25	g	8 Kalē
	26	a	7 Kalē
14	27	b	6 Kalē
3	28	c	5 Kalē
	29	d	4 Kalē
11	30	e	3 Kalē
19	31	f	2 Kalē

Cyclus lunaris	Numeri dierū.	Litere feriariū.	Aprilis.
8	1	g	KL
	2	a	4 Non̄
16	3	b	3 Non̄
5	4	c	2 Non̄
	5	d	None
13	6	e	8 Idꝰ
2	7	f	7 Idꝰ
	8	g	6 Idꝰ
10	9	a	5 Idꝰ
18	10	b	4 Idꝰ
	11	c	3 Idꝰ
7	12	d	2 Idꝰ
	13	e	Idus
15	14	f	18 Kalē
4	15	g	17 Kalē
	16	a	16 Kalē
12	17	b	15 Kalē
1	18	c	14 Kalē
	19	d	13 Kalē
9	20	e	12 Kalē
17	21	f	11 Kalē
	22	g	10 Kalē
6	23	a	9 Kalē
	24	b	8 Kalē
14	25	c	7 Kalē
3	26	d	6 Kalē
	27	e	5 Kalē
11	28	f	4 Kalē
19	29	g	3 Kalē
	30	a	2 Kalē

Qq ¶In superioribus, Lra X, descripsimus quattuor menses cum cyclo decẽnouenali paschali græcorũ & Alexandrinorũ. Et item quattuor mẽses Iam supra in lra Pp cũ cyclo lunari priscorũ latinorũ, q̃s cũ inuicẽ cõparauerimus offendemus & exhauriemus causas disceptationũ & cõtrauersiarũ inter latinos & græcos post Nicænam synodũ obortarꝫ. Et vt euidentius fieri possit: duos dũtaxat mẽses cõscribem⁹ Martiũ scilicet & Aprilẽ nr̃o ꝓposito satisfaciẽtes, cũ vtroq; cyclo tam latinorũ q̃ græcorũ, horũ a dextris: illorꝫ a sinistris collocato, vt cuilibet huic arti dedito (nõ sine magno fructu) disceptationũ causæ fere ad oculũ apparere possint Excerpsimus autẽ vtrũq; ipsorꝫ ex suo origenario cyclo hoc ẽ ex mẽsibus Martio & Aprili superius descriptis In hũc modũ. ¶Vt aũt propius accedamus ad dissensiões latinorꝫ & græcorꝫ atq; causas earũdẽ Aiaduerti oportet ꝙ & latini & græci orthodoxi sacræ Nicęnę synodi ꝯstitutionẽ semꝑ obseruauerũt Et pascha sc̃dm̃ die dñica post quartãdecimã lunã primi mensis celebrauere. Sũt tñ inter eos sępius ortę nouæ cõtentiones & digladiationes p⁹ Nicænã synodũ in q̃rtædecimę lunæ indagatiõe primi mensis inceptione & finitiõe. Et h̄ accidit ꝓpter varietatem Calendariorũ & cyclorũ quibus ꝓ q̃rtadecima luna indaganda sunt vsi. Alexãdrini eñ qui Nicænæ synodo interfuere: Noui cycli decẽnouenalis vna cũ Eusebio conditores, eundẽ suo Calẽdario aptauerunt. Et a quarto Calẽ. Septẽbris sunt exorditi. Latini vero pro assuetudine eorũ quã ab hebræis mutuati snnt: a lunatione autũnalis æqnoctij eorũ cyclũ inchoarũt. Prima igitur inter cõmemoratos latinos & græcos cõtẽtio fuit de primi mensis paschalis exordio Secũda fuit de terminis finibus aut limitibus paschæ cõstituẽdis. Tertia de die dñicæ passionis celebrando Lũa decimaquarta in Sabbato cadente Et quarta oĩm pessima

Duo mẽses paschales Martius et Aprilis cum vtroq; cyclo.

Cycl⁹ lunaris latinorũ aut Aure⁹ nũer⁹.	Numeri dierum	Litere feriarum	Martius.	Cycl⁹ decẽnouenalis Alexandrinorum	Cycl⁹ lunaris latinorũ aut Aure⁹ nũer⁹.	Numeri dierum	Litere feriarum	Aprilis.	Cycl⁹ decẽnouenalis Alexandrinorum
19	1	d	KL	3	8	1	g	KL	
	2	e	6 Non			2	A	4 Non	11
8	3	f	5 Non	11	16	3	b	3 Non	
	4	g	4 Non		5	4	c	2 Non	19
16	5	A	3 Non	19		5	d	None	8
5	6	b	2 Non	8	13	6	e	8 Id⁹	16
	7	c	None		2	7	f	7 Id⁹	5
13	8	d	8 Id⁹	16		8	g	6 Id⁹	
2	9	e	7 Id⁹	5	10	9	A	5 Id⁹	13
	10	f	6 Id⁹		18	10	b	4 Id⁹	2
10	11	g	5 Id⁹	13		11	c	3 Id⁹	
18	12	A	4 Id⁹	2	7	12	d	2 Id⁹	10
	13	b	3 Id⁹			13	e	Idus	
7	14	c	2 Id⁹	10	15	14	f	18 Kalẽ	18
	15	d	Idus.		4	15	g	17 Kalẽ	7
15	16	e	17 Kalẽ	18		16	A	16 Kalẽ	
4	17	f	16 Kalẽ	7	12	17	b	15 Kalẽ	15
	18	g	15 Kalẽ		1	18	c	14 Kalẽ	4
12	19	A	14 Kalẽ	15		19	d	13 Kalẽ	
1	20	b	13 Kalẽ	4	9	20	e	12 Kalẽ	12
	21	c	12 Kalẽ		17	21	f	11 Kalẽ	1
9	22	d	11 Kalẽ	12		22	g	10 Kalẽ	
17	23	e	10 Kalẽ	1	6	23	A	9 Kalẽ	9
	24	f	9 Kalẽ			24	b	8 Kalẽ	
6	25	g	8 Kalẽ	9	14	25	c	7 Kalẽ	17
	26	A	7 Kalẽ		3	26	d	6 Kalẽ	6
14	27	b	6 Kalẽ	17		27	e	5 Kalẽ	
3	28	c	5 Kalẽ	6	11	28	f	4 Kalẽ	14
	29	d	4 Kalẽ		19	29	g	3 Kalẽ	3
11	30	e	3 Kalẽ	14		30	A	2 Kalẽ	
19	31	f	2 Kalẽ	3					

Rr

Ss

orta fuit ex diuersa annorū Embolismicorum obseruatione. Ad primā accedo cō tētionē q̄ fuit de primi mēsis initio. pro qua contuēdum ꝙ Alexandrini & græci calem paschę canonem cōdiderunt. a duodecimo die mensis phamenoth: id est ab octauo Idus Martij. hoc ē: ab octauo die martij, vsq̄ in decimū diem mensis pharmuthi hoc est vsq̄ in diem nonarū Aprilis: id est: in quintum diem Aprilis per dies scꝫ nouem & viginti qualicunq̄ die nata fuerit Luna/ in quolibet medio spacio primi mensis initium pandet. a qua quattuordecim computatis diebus/ Luna decimaquarta solerter est obseruanda. Nam si ante sabbatū euenerit aut in sabbatū ceciderit: sequenti die dominico Pascha celebrabitur Sed si in dn̄ica contigerit hebdomada transmissa ad alterum diē dominicum pascha sine dubio transferendum erit. A vigesima igit̄ sexta die mensis Phamenoth hoc est ab vndecimo Calēdas Aprilis id est: vigesimasecunda die Martij vsq̄ in trigesimū diem mēsis Pharmuthi, hoc est vsq̄ in septimū Calendas Maias, id est, in quintum & vigesimū diē Aprilis Pascha modis oībus est celebrandum, videlicet per dies quinq̄ & triginta. Et secundum hanc normam traditam, & iuxta cyclum decēnouenalem Alexandrinorum infert̄ ꝙ luna decimaquarta Paschalis inquirenda est: a duodecimo Calendas Aprilis hoc est: a vigesimoprimo die Martij: vbi adnotatū ē æquinoctiū vernū: vsq̄ in decimū quartum Cal̄ Maias inclusiue. hoc est: in decimumoctauum diem Aprilis. quę si sabbato acciderit dn̄ica proxima luna quintadecima celebrabitur Pascha. Sed si luna decimaquarta in dn̄ica euenerit: Pascha vsq̄ in proxīe sequentem dominicam/ h̄ est: vsq̄ in lunam vigesimāprimam differendum esse voluerūt ¶ Latini vero huic grecorū Canoni ferme per omnia contradixere. Primo in eo ꝙ lunationes primi mensis paschal̄ inchoarunt a tertio nonas Martij hoc est: a quinta die Martij & nullatenus ab octauo Idus Martij: id est ab octauo die eiusdē. Secundo latini a tertio nonas Martij supputarūt nouem & viginti dies necessarios natiuitati lunę paschalis vsq̄ in quartum nonarꝫ Aprilis, hoc est in secundum diem Aprilis Nō in diem nonarum Aprilis. id est: in quintum diem eiusdē. Tertio reprehēdunt latini canonem grecorum dn̄icę passioni haud satis congruentem. quia indecens sit domini passionē ante quartamdecimā lunam obseruare: quod tamen nonnunq̄ accidit secūdum Alexandrinorum cōstitutionem. quoties luna deciaquarta sabbato euenerit. Non em̄ (vt omnib⁊ constat) dominus crucifixus est ante lunam decimāquartam. Propter has & alias causas infra recitādas, Latini aliū canonē paschalē statuerūt. quē Victorinus natione Agtanicus Arithmetic⁹, & paschalis cycli cōputandi (teste Gennadio) peritissimus/ his verbis indicauit. Latini a tertio nonas Martij vsq̄ in quartū nonas Aprilis, diebus scꝫ Vigintinouem obseruandum censuerūt, vt quocunq̄ eorꝫ luna fuerit nata efficiat primi mensis inicium, cui⁹ luna decimaq̄rta si sexta feria prouenerit: vel ante, subsequens dn̄ica, id est: Luna sextadecima festi paschalis celebritati sine ambiguo deputetur. Si nāūt die sabbati pleniluniū esse cōtigerit: & sequenti dominica lunā quintamdecimam reperiri, eadem dn̄ica trāsmissa, in alterum diem dominicū, id est: vsq̄ ad lunam vigesimāsecundam transferri debere pascha dixerunt. Nec minorem eiusdē festi peragendo mysterio assignarunt q̄ lunam sextamdecimam. Nec maiorē q̄ vigesimamsecūdam aliquando recipiunt. Eligentes potius in lunam vigesimamsecūdam diem festi paschalis extendi: q̄ dn̄icam passionē ante lunā quartamdecimā inchoari. Vnus tamen excipitur casus scꝫ quoties contigerit in Calendis Ianuarij lunam esse vigesimamseptimam die sabbati absq̄ bissexto: tunc. n. pascha non erit celebrandum tertiodecimo Cal̄ Aprilis luna sextadecima, quia ante ęquinoctium duodecimo Cal̄ Apriles collocatum, etiā si luna conueniat nunq̄ debet celebrari pascha. sed tunc ad sequentē mensem debet trāsferri & octauo Cal̄ Maij celebrari. & tantum de canone priscorum latinorum.

¶ Ad secundam nunc venio dissensionē quę fuit de terminis paschę, finibus siue limitibus. Pro qua aduertēdū ꝙ Computistę vocant terminos, fines aut limites Paschę lunas decimasquartas primi mensis, in quib⁹ Christiani pascha nunq̄ celebrāt

ſed dñica proxime ſequente, ſecus Iudei. Primũ autẽ menſem vocant Alexãdrini & Greci, quos tãdẽ ſequut° eſt Dionyſius abbas & Rhomana eccleſia vſq; in hodiernũ diẽ cui° lunatio quartadecima in ipſo equinoctio vł poſt equinoctiũ cõtingit. Latini aũt priſci vocarũt primũ menſem cuius luna deciaquarta in ipſo equinoctio vel poſt ipm cõtingit: aut ante equinoctiũ in tanta tñ vicinitate, vt ſequens dñica q̃ paſchalis ẽ cadat poſt ipſum equinoctiũ. Falſi ſunt eñ hi latini non nunq̃ oppoſitionẽ paſchalẽ equinoctiũ poſſe p̃cedere & eſſe nunciam futuri paſche quod equinoctiũ ſequitur & nũq̃ precedit. Seruauerũt autẽ hi omes equinoctiũ prima & vigeſima die Martij. Alexãdrini igitur & Greci p quandã (vt fertur) formulã ab angelo traditã paſchæ terminos Romanis mẽſibus rñdẽtes hoc mõ adnotarunt. Anno primo cycli decẽnouenalis terminus paſchæ quinta die Aprilis. Anno ſecũdo, die q̃nta & vigeſima Martij. Anno tertio, die tertiadecima Aprilis. Anno q̃rto, ſecũda Aprilis. & ſic de cæteris queadmodũ in noſtro Calẽdario ĩ Martio & Aprili ſunt adnotati, & hic p propriã tabulam expoſiti. Priſci vero latini p numeros eoꝶ cycli lunaris, quos aureos appellarunt in ternario ſp numeris cycli Alexãdrini miores Paſchales terminos hoc pacto deſignarũt. Anno primo cycli lunaris terminus paſchæ, die ſecunda Aprilis. Anno ſecũdo cycli lunaris die vigeſimaſecũda Martij. Anno tertio, die decima Aprilis. Anno q̃rto, die trigeſima Martij. Et ſic de reliquis iuxta oſtẽſionem pñtis tabulæ. In qua dextrorſum ĩſcripti ſunt lunæ decimæquartæ paſchales Alexãdrinoꝶ, Leuorſum autẽ latinoꝶ. Iuxta hanc terminoꝶ paſchaliũ deſcriptionũ manifeſtatur: & Alexãdrinorũ, & Latinoꝶ diſceptatio. Nã latini terminũ ãni ſextidecimi cycli eoꝶ poſuerũt die dec.

Tabula mẽſium Paſchalium cum inſcriptione Lunarũ quatarum decimarum tam cycli decemnouenalis Alexandrinorum, q̃ cycli lunaris Latinorum.

Quartedecime lune paſchales priſcorũ latinorum	Numeri dierũ	Litere feriarũ	Martius KL	Quartedecime lune paſchales Alexãdrinorũ et Grecorũ
	1	d		
	2	e	6 Non.	
	3	f	5 Non	
	4	g	4 Non	
	5	A	3 Non	
	6	b	2 Non	
	7	c	Non	
	8	d	8 Idus	
	9	e	7 Idus	
	10	f	6 Idus	
	11	g	5 Idus	
	12	A	4 Idus	
	13	b	3 Idus	
	14	c	2 Idus	
	15	d	Idus	
	16	e	17 Kalẽ.	
	17	f	16 Kalen	
16	18	g	15 Kalen	
5	19	A	14 Kalen	
	20	b	13 Kalen	
13	21	c	12 Kalen	16
2	22	d	11 Kalen	5
	23	e	10 Kalen	
10	24	f	9 Kalen	13
18	25	g	8 Kalen	2
	26	A	7 Kalen	
7	27	b	6 Kalen	10
	28	c	5 Kalen	
15	29	d	4 Kalen	18
4	30	e	3 Kalen	7
	31	f	2 Kalen	

Quartedecime lune paſchales priſcorũ latinorũ	Numeri dierũ	Litere feriarũ	Aprilis KL	Quartedecime lune paſchales Alexãdrinorũ et Grecorũ
12	1	g		15
1	2	A	4 Non	4
	3	b	3 Non	
9	4	c	2 Non	12
17	5	d	None	1
	6	e	8 Idus	
6	7	f	7 Idus	9
	8	g	6 Idus	
14	9	A	5 Idus	17
3	10	b	4 Idus	6
	11	c	3 Idus	
11	12	d	2 Idus	14
19	13	e	Idus	3
	14	f	18 Kalen	
8	15	g	17 Kalen	11
	16	A	16 Kalen	
	17	b	15 Kalen	19
	18	c	14 Kalen	8
	19	d	13 Kalen	
	20	e	12 Kalen	
	21	f	11 Kalen	
	22	g	10 Kalen	
	23	A	9 Kalen	
	24	b	8 Kalen	
	25	c	7 Kalen	
	26	d	6 Kalen	
	27	e	5 Kalen	
	28	f	4 Kalen	
	29	g	3 Kalen	
	30	A	2 Kalen	

ma octaua Martij. Item terminū anni quinti, die decimanona ante æquinoctiū. Sed Alexandrini nullū terminū paschalem æquinoctio anteposuerūt. sed terminū anni sedecimi cycli eorꝫ locarunt vigesimaprima Martij in diem æquinoctij. Et āni quinti, die vigesimasecunda Martij. Præterea Latini terminū octaui anni cycli lunaris vltimū posuere quintadecima die April. Alexandrini vero terminū octaui anni cycli eorꝫ & postremū locauerūt die decimooctauo April. Ecce. Ex his oborta fuit alia eorꝫ dissensio, sup quantitate mensis paschalis ab æquinoctio supputādi. Nā Alexandrini mensem paschalē fecerunt quinꝗ & triginta dierꝫ. Latini vero iniquū censentes in hoc mēsium tractatu quēpiam mēsem vltra tricenos dies prorogari, mensem paschalem triginta diebus cōpleuere, ne pascha primi mēsis terminos trāsiliat, & abominosum pascha secūdo fiat mense. Sed de his plura in epistola paschali diui Ambrosij, & in cōmentarijs nostris in eandē æditis. ¶ Accedat parūper tertia cōtrauersia de die dominicæ passionis celebrādo, luna decimaquarta sabbato incidēte quæ supra in literis Tt vbertim est manifestata. In primo eē ecclesiæ statu pascha in memoriā dominicæ cœnę (ut in supioribus dictū est) luna quarta a plęrisꝗ celebrabatur, & qdragesima finiebatur feria quinta in cœna dñi. Vnde & quadragesima nomē obtinuit, ꝙ a prima eius dominica vsꝗ in cœnā dñi numerant die quadragita. Sed posteaꝗ per Nicęnum concilium decretum fuit pascha pagendum esse die dominico post lunam quartamdecimā primi mensis, cœptum est pascha celebrari in memoriā resurrectionis domini. Cum ergo palam fit dominū ante sextamdecimā lunam non surrexisse, non debent (vt prisci latini asserebant) celebrari pascha ante lunam sextamdecimā, neꝗ cœnam ante quartamdecimā obseruari. Cuius cōtrarium Græci & Alexandrini tenebāt quoties quartadecima luna primi mēsis in sabbato euenit. ¶ Cōmemoratorꝫ virorꝫ quarta adest dissensio, per quā discordiarū & altercationū semina plurima iacta sunt, oborta ex diuersa annorꝫ embolismicorum obseruatione. Quapropter meminisse iuuabit, ꝙ Embolismos græce, latine supexcrescens aut supaugmētum dicit. & quātum nostro tractatui sufficit. Nam de ea re alibi plura disseruimus. Annus embolismus, siue embolismicus, aut hyperbolicus seu intercalaris ē spatium tēporis tredecim lunationū, cōtinens dies 384. sic peraugmētat eē annū cōmunem lunarem tricenis diebus. Annus sane lunaris cōmunis est tempus duodecim lunationū in anno solari vicissim transeūtium, Constans regulariter ex 354 diebus. Vna eē lunatio quę mēsis mēstruus nūcupatur, cōplectitur dies 29, horas 12, primas minutias 44, has minutias in pſentia missas facimus. Qꝫ si dies 29 & horas 12 duodecies acceperis, indubitato colliges dies 354 annum lunarē cōmunem. In anno autē embolismico, iam dicto numero adijcit vna lunatio 30 dierum, quare is annus dies 384 possidet. Vocatus embolismicus, quia supexcrescit, & supaugmentat anno cōmuni 30 dies. Mensis autē Embolismicus intercalaris, aut hyperbolicus est lunatio vna, vel mensis mēstruus 30 habens dies additus duodecim lunatiōibus aut mēsibus menstruis, per cuius additionē annus lunaris appellatur Embolismicus. sic dictus mensis iste quasi supaugmentatus.

Yy Zz &&

¶ Embolismorꝫ autē ratio hæc est. Prisci omēs paucis semotis obseruauerūt annū solarē constātem ex 365 diebus. Menses autē vsurparūt, non solares, quos Astrologi proprios vocant, in quorū vno sol cœleste signum peragrat. Cōstante diebus 30 horis 10, minutis 29 fere, neꝗ menses quos vsuales vocitant a Rhomanis tandē cōstitutos, nostris Calendarijs inscriptos, quorū Ianuarius dies habet 31. Februarius 28. Martius 31 &c. Sed lunares aut menstruos menses obseruabant, quorum vnus cōplectitur temporis spatium quo luna soli iuncta, per duodena signa means, iterum cum sole cōgreditur. Compositus quēadmodum pdiximus: ex diebus 29. horis 12. minutijs 44. hos menses Hebræi qui solos lunares in lege nouerant ut olim ita & hodie custodiunt: ignorantes menses solares siue pprios siue vsuales. Hos etiam obseruant sacræ literæ tanta diligentia: vt neꝗ vetus neꝗ nouū testamētum solarem mensem vspiā admittat. Hos custodiuit diuus Aure. Augustinus libro quar

to de trini.ca.quarto.& libro.15. de ciuita.dei.cap.14.& in alijs locis plurimis. Eo modo obseruant Græci, Persæ, Chaldæi, In summa hi omnes annos custodiunt solares: menses autẽ lunares: quo fit: etsi luna soli in anno solari duodecies iũgitur, nõ tamẽ præualet anni pfectionẽ suis duodenis mẽsibus menstruis, sed vndecim dies deesse cernũtur. Quocirca cõmemorati viri ut anni solaris damna supplerent: anno tertio aut secundo vbi decebat: vnũ mensem triginta dierũ tertiumdecimũ anno cõmuni lunari addidere, & annum embolismicũ, & mẽsem embolismũ obseruabant. Et nascitur talismodi mensis ex excrescentia anni solaris super lunarẽ in vndecim diebus, qui ter collecti cõstituunt dies 33. de quibus detruncarũt 30 dies, p mẽse embolismico & fecerũt annum embolismũ. Tres residuos dies seruarunt & iterũ per tres annos colligerunt ter vndecim dies quibus tres seruatos addiderũt & congregarunt 36 dies: de quibus receperũt 30 dies reliquis seruatis, & iterũ cõstituerũt annũ embolismalem, & iuxta hanc formulã operati sunt, & decem & nouem annis solaribus septẽ embolismicos annos immiserũt. Et hoc pacto ipsi regulauerunt annos solares per menses & annos lunares, & contra lunares cursus per annuos solares circuitus, autumãtes luminariũ cursuum se coæquationẽ quãdam inuenisse.

¶ Sed nec hoc ptermittẽdum censeo, hos dies vndecim quibus annus solaris communis excedit annũ communẽ lunarẽ a græcis appellari Epactas, a latinis additiones, quarũ officium olim fuit vt per ipsos & dies quos regulares nominarũt cyclus lunaris calendario potuit inscribi. Item si ipsis additur dies vnus, hoc est, primus dies mensis, quẽ domini computistæ regularẽ vocant prouenit ætas lunæ in pricipio Ianuarij. Series autẽ & numerus epactarũ talis est. Anno primo cycli decẽnouenalis epactæ numerãtur 11. Secundo anno 22, ut ex hac formula colligi potest.

Tabella Epactarum.

Nũeri cycli decẽnouenal' aut aurei nũeri.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epacte	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29

De his plura scribũt Beda libro de tẽporibus, Rabanus Maurus, theutonicus, abbas Fuldensis, deinde Archipræsul Maguntinus, in opusculo de cyclis. & Ioãnes Anglicus de sacro bu. Quæ quouis anno facile hoc pacto inueniri possunt. Animaduerte quotus sit in ordine annus tuus cuius Epactas quæris, id est cõsidera anni christi oblati aureũ numerum, quẽ multiplica per 11, & productũ patire per 30. & quod residuũ fuerit habeto pro Epactis anni ppositi. In exemplo offertur mihi annus Christi 1518 & est decimusoctauus cycli lunaris, aut eius aureus numerus 18. multiplico 18 per 11, & produco numerũ 198 quẽ diuido per 30. & manent in residuo 18. sunt igitur 18 epactæ huius anni quibus addo 1 regularẽ & colligo 19, quare ætas lunæ in Calendis Ianuarij est 19 dierum. ¶ Sed de his satis reuertor ad embolismos Alexandrini, & Latini imitatores Iulij Cæsaris cõstituerunt in decemnouem annis Iulianis septẽ annos embolismos, & totidẽ menses 30 dierũ, per quos superflue addiderũt diem vnum. Videntes autem se errasse finxerũt saltum lunæ, per quẽ in alia lunatione eiusdẽ anni sequẽte demerũt diem vnum, quæ alternata lunatione vice seruata debuit esse 30 dierũ: & tunc fiebant tres lunationes cõtinue 29 dierum, quod ẽ absurdum & deuiũ ab astrologica supputatiõe. iuxta quã tres lunationes cõtinent dies octogintaocto: horas tredecim: minutias duodecim. Et est profecto res digna risui: ꝙ inutiliter additur dies vnus per embolismos: quẽ mox postea per saltum lunæ iterũ demere, abijcere, & expellere oportet. Nã turpius eijcitur quã nõ admittitur hospes, & supuacanea sunt nobis semp fugienda. quare recte pontificio iure sæpius supfluitas vehemẽter arguitur ac reprehenditur. Taceo ꝙ bis cõfunditur alterna mẽsium series, semel per inutilem intrusionẽ mensis embolismi 30 die

rum vbi necessario alia conectitur lunatio etiam 30 dierum. Et secundo per obseruationem postea trium lunationū 29 dūtaxat dierum, quemadmodum iam p̄libauimus. Frustra etiam & inepte ac Chimærice fingitur saltus lunæ, quæ licet sub signi fero lege naturæ varias exerceat choreas, custodit tamē cursus cōstantissimos & or dinatissimos minime saliens. Nec est sub cœlo natio, de qua quidem ego legerim, quæ lunæ saltum admittat, aut in vsu habeat, præter Alexādrinos & Rhomanos, Immo Hebræi mediocrē lunæ cursum examussim custodientes, quālibet lunationem diebus 29. horis 12. punctis 793 :hoc est 44 ferme minutis perficiētes, saltum lunæ ignorant, & minime cognoscūt: quocirca eūdem lunæ saltum in sup̄ioribus Chimeræ cōparauimus. ¶ Reseruarunt autē Alexandrini & Rhomani a tēpore Dionysij abbatis omnes embolismos vsq; ad mēsem vnum pascha p̄cedētem, hoc est, ad lunationē ante pascha, imitantes in eo hebræorū cōsuetudinem, qui in anno embolismico tertiumdecimū mēsem quem veadar vocant ponūt inter mēses Adar, & Nisan paschalem. Et ut lucidius intelligas, Alexandrini authores cycli decemnouenalis collocarunt omēs embolismos in mense vltimo, id est, in mense p̄ceden te pascha, videlicet ab exordio mensis pharmuti, & a primo eiusdem die, vsq; in di em eius decimū. Quod conspicuū est ex tabula Calendaria supra in litera X, vbi a principio mensis Pharmuti in decimū vsq; diem ponūtur hi numeri 17. 6. 14. 3. 11. 19. 8. qui omnes sunt embolismici, ut in subditis ostēdetur. Postea Dionysius Rho manus qui hūc cyclum latino nostro Calendario inseruit: quo Rhomana ecclesia etiam hodie vtitur, eādem numerorū embolismicorū seruauit seriem, vt facile ē videre in eadem tabula a quinto & vigesimo die Februarij vsq; in sextum Martij.

¶ His omibus diligenter explicatis, cōmemoratæ dissensionis quarte rationes ape rire debemus, haud quaq; em̄ Alexandrini siue Græci, & prisci latini inuicē digladiati sunt super lunæ ætate inquirenda, quia eorū cycli eādem semp̄ propemodum ætatem lunæ cōmonstrarunt, sed de mense paschali indagando sæpius contenderunt. Si nanq; Embolismi Alexādrinorum semper cōcurrissent cum embolismis veterū latinorum, nulla profecto inter eos fuisset agitata contrauersia super paschæ celebratione. Sed quia impossibile fuit hos semper cōcurrere propter diuersa horum cyclorū initia, factum est ut inter eos cōtrauersiæ suscitaretur. Alexādrinis em̄ cōditoribus huius cycli decemnouenalis ex cōmissa authoritate placuit, vt anno primo post Nicenum cōcilium quo inceperunt primū annum cycli eorū, vnitas esset numerus cycli decēnouenalis, quo anno de cyclo lunari veterū latinorum cur rebat annus decimusseptimus & fuerunt 17 numerus cycli lunaris, nō solum horum latinorum, sed etiā Hebræorum a patribus eorū ipsis traditus. Anno deinde secundo post initium cycli decēnouenalis fuit Alexandrinis binarius numerus cy cli eorum, cui accedebat annus decimusoctauus cycli lunaris Latinorū & Hebræo rum. Anno tertio cycli decēnouenalis, fuit Alexandrinis ternarius numerus cycli eorum: cui respōdebat annus decimusnonus cycli lunaris. Sic anno quarto cycli decēnouenalis Alexandrinis fuit quaternarius numerus cycli eorū: cui cōsentiebat vnarius cycli lunaris. & sic in cæteris, ita q; hi cyclorum numeri semp̄ eadem distan tia & cursu progressi sunt, & semp̄ ternario distiterunt. Fuit ergo impossibile ut ho rum cyclorū duorum numeri fierent similes: & ex cōsequutione omēs embolismi concurrerēt. ¶ Latini prisci annos embolismicos cycli eorū lunaris hoc metro indicarunt. Cæsar formā habuit longam orbe ruente tenebit. In quo septem dictiones septem annis embolismis adaptātur. prima sc; Cæsar primo anno embolismico. secunda sc; formā secundo, & sic deinceps. Aduerte igitur quota sit litera prima oblatæ dictionis in ordine alphabeti, talis annus cycli lunaris fuit ipsis latinis embolismicus. Potest etiam hoc metrum cōuenienter aptari cyclo decēnouenali Alexandrinorū. Vt autē facile cognoscas, qui numeri hoꝝ cyclorum inuicem in embolismicis annis cōueniant, & qui discrepent (vt tota ratio dissensiōis tibi pateat) accipe hanc formellam, in qua superni numeri, numeros cycli decemnouena

Ab

Ac

Ad

lis Alexandrinorum, inferni vero numeros cycli lunaris priscorum latinorum: & adscriptæ syllabæ Em. annos embolismicos patefaciunt.

TABELLA ANNORVM Embolismicorum.

Nũeri cycli decẽnouenalis Alexãdrinorũ.	1	2	em. 3	4	5	em. 6	7	em. 8	9	10	em. 11	12	13	em. 14	15	16	em. 17	18	em. 19
Numeri cycli lũaris priscorũ latinorum	17 em.	18	19 em	1	2	3 em.	4	5	6 em	7	8 em	9	10	11 em.	12	13	14 em.	15	16

Ae ¶ Ex hac descriptiuncula manifesta est embolismorꝝ discrepantia. Primo in anno octauo cycli decemnouenalis Alexãdrinorũ: qui cum sit ipsis embolismicus: subnectitur annus quintus cycli lunaris priscorꝝ latinorꝝ qui nõ potest esse embolismicus. Secundo in anno decimonono cycli decẽnouenalis Alexãdrinorum embolismico, cui respondet annus sextusdecimus cycli lunaris qui nõ potest esse embolismicus. quo factum est vt his duobus annis crebro subortæ sunt altercationes inter Alexandrinos & Latinos. Sunt præterea etiã alij duo anni embolismi in cyclo lunari latinorꝝ quibus non accedunt embolismi in cyclo decẽnouenali. videlicet annus sextus, & annus decimusseptimus, quibus respõdent in cyclo Alexãdrinorũ annus nonus & annus primus, qui nequeunt esse embolismici. Sed his annis non sunt obortæ dissensiões. quia numeri isti propter nimiam distãtiam ab æquinoctio priscorum nõ variabant rationẽ primi mensis. Nec ipsis cõpetit diffinitio primi mẽsis supra in literis Vv exposita. Tota ergo cõtrauersia inter græcos & latinos habita est super his duobus numeris 8 & 19 insertis cyclo decẽnouenali Alexandrinorum die quinta & sexta Martij, sint ne includendi in primo mense nec ne: Latini nãq; a quinta die Martij lunationes primi mẽsis auspicãdas esse dixerunt. Sed Alexãdrini ab octaua Martij accipiendas esse voluerunt. Non eñ in lunæ ætate discordarunt, sed in principiãdo mensem paschalem. ¶ Ratio differentiæ & disceptationis hæc fuit. Quia iuxta computũ Alexãdrinorum lunatiões signatæ quinta & sexta die Martij per numeros 19 & 8 terminãtur quarta & quinta Aprilis & sunt embolismicæ dierum 30, cõstituẽtes mensem aduẽticium tertiumdecimũ, & ergo minime idoneæ ac cõgruentes pro pascha celebrando. quia sunt lunationes vltimi mẽsis scilicet embolismi, & non primi. Sed ſm latinos lunationes exaratæ die quinta & sexta Martij per numeros 16 & 5 non sunt embolismæ, vt palã est ex ordine embolismorꝝ superius descripte. quia necesse est hos annos dũtaxat duodecim lunationes ſm latinos cõtinere, quare sunt lunationes primi mensis, & ergo pro paschę solẽnitate cõgruentissimi. Nam pascha primo mense celebrari mãdatum fuit. quæ omnia oculatissime conspicari poterũt in duobus mẽsibus paschalibus supra in literis Rr conscriptis cum vtroq; cyclo videlicet decẽnouenali Alexãdrinorum a dextris, & lunari latinorꝝ a sinistris. In summa igitur tota inter Alexãdrinos & Latinos cõtrauersia vertebatur in numeris cyclorꝝ signatis die quinta & sexta Martij, vbi ꝑ numeris cycli decẽnouenalis Alexãdrinorum siue Græcorꝝ signãtur 19 & 8, & ꝑ aureo numero cycli lunaris veterũ latinorum adnotãtur 16 & 5: quibus tam Alexandrini q; latini vnanimiter cõueniunt: q; in annis dictorꝝ cyclorꝝ luna fuerit prima diebus iam memoratis. Sed cõtrauersia inter eos fuit oborta de mense paschali, hoc est: an dicta lunatio vel eius quartadecima sit idonea pro paschæ celebratione.

(margin, beside "runt, sed in principiãdo mensem paschalem": Af)

asserentibus latinis eam congruere paschali sacro Græcis vero cōtradicentibus. Et fuerunt vtriusq; partis argumenta, quæ in subditis ptim inducētur. ¶ Propter has igitur inter Græcos & Latinos de exordio primi mēsis dissensiones, factum est vt pascha sacrū aliter apud orientales & aliter apud occidētales nonnunq; celebraretur. Quod vt expressius videri possit multis exēplis aperiemus. Prima igitur in hac re dissensio inter eos accidit octauo anno post Nicēnā synodum, Anno a die imperij Diocliciani 46, Anno autē Christi domini fm vsitatam cōputationē 330, quo fuit numerus cycli decēnouenalis, id est: aureus numerus 8: d litera dominicalis. Pensitata igitur ratione cycli decēnouenalis annus erat embolismicus, & octonarius exaratus sexta die Martij indicabat mēsem tertiumdecimū embolismicū minime idoneum paschali sacro, quia vltimus mensis, non primus: quare Græci obseruabant pascha tertiodecimo calen. Maias, id est, die decimanona Aprilis. Latini vero adhuc adhærentes cyclo cōsueto, hebræorū more, hunc annum pdicabant cōmunem & non embolismū, eo q fuit quintus annus cycli lunaris: hoc est: aureus numerus 5 cuius luna quartadecima adnotata ē decimoquarto calen. Apriles: id ē: decimanona die Martij, quocirca asserebant pascha pagēdum vndecimo calen. Apriles: hoc est: vigesimasecūda die Martij. Fuit ergo differētia paschæ inter græcos & latinos 28 dierum. ¶ Arguebant latini græcos multifariā. Primo in eo q non celebrabant pascha die dominico post pascha hebræorū: sed in tot dies prorogarunt. Cum Christianū pascha semp celebrari debeat die dominico post hebræorū pascha sed Iudæi obseruatores cycli lunaris, lunationē hanc congruētem pro paschæ celebratione esse dixerunt: & in decimaquarta suum pascha pagebant: ergo proxima sequente dominica Christianū pascha erat pagēdum. Secundo latini cōfirmando allegabant: Cōmune & omibus notum proloquiū, hoc, Quālibet luminariū cōiunctionem cēsendam esse illius mensis in qua lunatio se finit: & huic mensi attribuitur in quo terminat. Sed hæ lunationes quinta & sexta die Martij signatæ terminantur in Aprili: ergo debent vocari lunationes Aprilis & primi mēsis. Neminē em latet omes lunationes Aprilis & solas eas esse idoneas pro paschæ celebratione, sed lunationes quinta & sexta Martij signatę sunt Aprilis. ergo pro paschæ solennitate idoneæ. Tertio addunt latini: duæ lunationes in cyclo lunari tertio & quarto Aprilis notatæ nequeūt esse cōgruentes pro paschæ celebratiōe: eo q sunt attributæ Maio, quia in eo terminātur: qui appellat mēsis secundus a mense paschali, sicuti Aprilis vocatur primus mensis siue paschalis, sed in lege vetitū est celebrare pascha in lunatione mensis secundi: qui immūdis deputatur & itinere impeditis. Arguebāt ergo Latini ipsos Græcos in hoc q pascha suū secundo mense instar immūdorū obseruarunt. His & similibus ratiōibus latini opinationē suam contra græcos tuebantur. ¶ Sed græci latinis nō cedentes, contra obiecerunt: Lunationes quæ accidunt tertio & pridie nonas Martias, hoc est, quinta & sexta die Martij: habent suas lunas quartasdecimas siue plenilunia ante æquinoctiū: quod prisci patres duodecimo Calen. Apriles stabilierūt: ergo non sunt lunationes primi mensis sed vltimi: & ex cōsequutione minime idoneæ pro paschæ celebritate pagenda. Præterea absurdum & iniquū est Latinos asserere: lunam quartādecimā panselinam, siue oppositionē luminariū æquinoctium pcedentē esse pnunciam futuri paschæ. Nam in ea oppositione nōdum est sol in Ariete sicut requirit: & luna e regione in Libra. sed cōstituitur Sol in Piscibus & Luna in Virgine. Vetustissimi etiam Iudæi (Anatolio episcopo referente) Agathobolus, & ab eo eruditus Aristobolus ex paneade, Philo, & Iosephus concorditer asserunt pascha celebrandum quartadecima luna Sole opposita in Ariete. Rursus oēs affirmāt hāc lunationē esse significatricē primi mēsis: cui⁹ initiū vicinius ē æqnoctio. sed ex tabula qttuor mensiū s in lris Pp: aut sequēte cuilibet supputatori gstare poterit, q nūerus cycli lunaris priscorū patrū aut latinorū 16 rept⁹ tertia die April' initiū lunatiōis, id ē, die cōiūctionis lumīariū signi

ficās, vicinior ē æquinoctio ꝙ numerus 16 locatus quinta die Martij. Ergo is nume rus 16 quinto die Martij adscriptus inhabilis & indignus cēsendus ē ꝓ initio primi mensis, & per cōsequens alius tertio die Aprilis signatus idoneus & congruens.

Ak ¶ Sed latini obiecta græcorū argumenta dissoluerūt respōdendo, non esse absur dum neq; iniquū luna quartamdecimā paschalem fieri ante vernū æquinoctiū, & prænūciam esse paschæ, non pcedentis: sed sequentis æquinoctiū. Nam iuxta cano nem Victorini supra in literis Tt expositū nunq; contingit pascha ante æquinocti um: duodecimo Calen. Apriles stabilitū. Et ꝙ Anatolius Laodicenus episcopus, antiquissimos Iudæos in testes adducēs, scriptū reliquit, sic accipiendū esse dixerūt potissimū de his qui ante vernale æqnoctiū pascha celebrabāt, cōtra hos eñ idē scri psit. Sed Agathobolo & Aristobolo, & alijs authoribus Iudæis, responderūt suffi cere solem in die sacro esse in Ariete, & freqūetius ita accidere ꝙ tēpore paschæ Iu dæorū sol sit in Ariete, & luna e directo in Libra. Ad vltimā græcorū obiectionem respōderunt latini, hunc mēsem primū censeri cuius pleniluniū in ipso ęquinoctio est aut vicinius & hoc ita se habere in casu proposito, sed de hoc lege supra in literis

Al Vv. ¶ Haud dissimilis cōtrauersia orta est inter Græcos & Latinos, Anno deci monono post Nicęnum conciliū: qui fuit annus 57 Dioclitiani. Et 341 Christi do mini, in quo fuit 19 aureus numerus græcoꝝ. d litera dominicalis, Græci exami nata ratione cycli decēnouenalis, fuit ipsis annus embolismus: quare numerus de cemnouenarius signatus tertio nonas Martij, id ē, quinta eius die, haud quaq; po tuit exordiri primū mēsem: quia eius lunatio fuit embolisma, tertiodecimo mēsi an ni embolismici assignanda, & a paschæ celebratiōe reijcienda. Sed sequentē luna tionē scriptam pridie nonas Apriles, huic negocio idoneā dixerunt: & esse primi mensis. Quocirca ꝓclamarunt pascha celebrandū tertiodecimo calen. Maias, hoc est: decimonono die Aprilis. Sed Latini cū Iudæis cōtranitentes, eo ꝙ habita ratio ne cycli lunaris aureus numerus erat 16 & annus cōmunis, haud embolismic⁹. er go lunatio quinta die Martij exarata idonea fuit lunatio primi mēsis: quaobrem af firmabant latini pascha pagendū vndecimo calen. Aprilis, id est: vigesimasecunda die Martij. Dissenserūt igitur in diebus octo & vicenis. Non minor habita ē inter græcos & latinos disceptatio: Anno septimo, & vigesimo post Nicęnā synodū: An no 65 Dioclitiani, & 349 verbi incarnati, in quo 8 fuit aureus numerus græcoꝝ, & a litera dominicalis, pdicabant gręci pascha celebrandū esse nono calen. Maias: id est: vigesimatertia die Aprilis. Latini vero cōtra septimo calen. Aprilis: hoc ē: sex ta & vigesima die Martij pagendū. Et vtriusq; partis defensiōes supra in anno Chri

Am sti 330 ferme sunt expositæ. ¶ Sunt nonnulli asserētes circiter hæc tēpora Iuliū summū pontificē virū mirandæ sanctitatis, beneuolentiæ, & doctrinæ, ac pręcipui concordiæ amatoris, & patres orthodoxos hesperios grauiter tulisse hoc discordię seminariū: pensitantes illud euangelicū. Omne regnū in seipsum diuisum desolari: & deo pacis sine pace nil placere, sacerdotibusq; apprime cōuenire vt sint concor des, pacifici, ac vnanimes, vnde ecclesiæ vnitas custoditur & indies incrementū su mit. Contra discordia pusillos scandalizari: & res maximas dilabi. Quaobrem vt paschæ discordia tolleret, & id Christiani cōcorditer celebrarent: Placuit his diuis patribus ne in futurum in ætate lunæ & paschæ celebratione error cōmitteretur: & discidiū suboriretur, vt Alexādrinum præsulem in his rebus cōsulerent: (erant eñ ea tempestate Alexandrini & Ægyptij in supputandis cœlestibus motibus erudi tissimi) qui Rhomanū pōtificem quotannis certiorē redderet, ac eius staretur iudi cio & sententiæ, quo sc; die luna quartadecima obseruanda: & sacrū pascha celebrā dū esset. Quo factū erat, immo ut sanctus Cyrillus & Beda testant̄ synodo quadam vniuersali decretū & ita multis annis obseruatū fuisse: vt Alexandrinus antistes qui ægyptijs præsidebat, de primi mensis initio & luna decimaqrta Rhomanū pontifi cē annuatim certiorē redderet, dieq; paschalis sacri eidē intimaret. Et postea idē Rho man⁹ pōtifex occidētalibus archiepis, Archiepi epis subditis, Epi clero id itimaret.

ad hoc videntur sonare tria ca. placuit de conse. distin. tertia. Et hoc modo per annos aliquot extincta fuit dissensio ex diuersitate cyclorum orta, & obseruatum fuit pascha iuxta Alexandrinam institutionē ac intimationem. ¶ Verum cum anno 76 a die imperij Dioclitiani, Anno autē Christi domini 360 fuit 19 aureus numerus græcorum, & a litera dominicalis, & Alexandrinus antistes intimasset Rhomano pontifici: vt per eum cæteris archiepiscopis occiduū habitātibus insinuaret pascha sanctū peragēdum nono Calen. Maias. hoc est vigesima tertia die April. Latini egre tulerūt huiuscemodi paschæ significationē, deposita resumpserūt arma, & ad cyclū lunarem rediere annū quē Græci propter aureū numerum 19 embolismicū fecerūt ipsi cōmunē asseruerūt & 16 aureū numerū cycli lunaris aptū pro luna quartadecima indagāda dixerunt. quæ cum in decimāoctauam Martij die sabbati incidisset, pascha prorogādum pronūciabant vsq; ad diem sextū & vigesimū Martij, ne dies passionis domini ante quartam decimā lunam obseruaretur. Carpebant nāq; Latini Græcos in hūc modum. Cum pascha in primo mense lunari celebrādū sit, ipsis minime licere excedere limites primi mensis. Nullus em̄ mensis lunaris 30 dies superare potest: igitur nec mensis primus. ergo Græcos minus docte, perperā & cōtra rationē mensis lunaris paschalem mēsem extendere in 35 dies, cum reliqui quinq; dies ad mensem secūdum sint referendi. Præterea indecēs esse affirmabāt pascha in secūdo mense celebrare, qui sm legem immūdis & itinere impeditis deputatur. sed hi dies 5 ad secūdum spectant mēsem, igitur indigni pro paschæ celebratiōe. Et rursus Græci videtur esse transgressores cōstitutionis synodalis in Cæsarea palestinæ editæ, In qua sancitum fuit pascha celebrādum esse ab vndecimo Calen. April. vsq; in duodecimū Calen. Maij, hoc est, a vigesimasecūda Martij vsq; in vigesimā Aprilis. sed hos limites Græci excessere pascha tertia & vigesima Aprilis celebrantes, igitur. Sed Græci Latinis obiecerūt ipsis minime licere pascha pagere luna vigesimasecūda contra decretum Pij, Eleutherij, Victoris, & aliorū Rhomanorū pontificum, & cōtra legem Exodi, Numeri, & Leuitici a deo sancitā, vbi sancitur pascha celebrādum a luna quartadecima vsq; in vigesimāprimā, non vigesimāsecundam. die em̄ 26 Martij erat luna 22 ipsismet latinis profitētibus. Sed hanc obiectionem dissoluerūt latini dicētes, Probrosius & detestabilius esse pascha celebrare mēse secūdo immūdorū q; pascha celebrare luna 22. Immo satius esse affirmabāt luna 22 celebrādum cum aliter cōmode fieri nequiuerit, eo q; luna quartadecima iuxta eorū cyclum in sabbatū ceciderit, quare absurdū autumabant domini passionē recoli die veneris ante quartamdecimā lunam, etiam si nullū aliud obuiasset impedimētum, sed potius in sequētem dominicā pascha protrahēdum nō obstante q; luna fuerit 22. ¶ Ac rursus alia inter eos agitata est cōtrauersia, Anno 84 Dioclitiani, nostræ vero salutis anno 368 fuit aureus numerus Græcorū 8. E litera dominicalis, Contēdebant græci annū fuisse embolismicū, quare octonarius numerus sexta die Martij signatus ꝑ luna quartadecima indagāda reijcied᷑. Et octonarius sexta April. assumēdus, paschaq; celebrandū 20 die April. Cōtra latini hunc annū fecerūt cōem & per 5 eoꝝ aureum numerū sexta die Martij notatū venati sunt pascha, die 23 Martij. Rationes vtriusq; partis ex supioribus colligi possunt. Differebant igitur in diebus 28. & in hoc casu nō militabat argumentū græcoꝝ de luna vigesimasecunda superius inductū. quia luna erat dūtaxat decimaoctaua. Assimilis ferme suborta ē dissensio anno Dioclitiani 95. & Christi domini 379, cū aureus græcoꝝ numerus eēt 19. & f litera dn̄icalis, Nam iuxta cyclum græcoꝝ annus is fuit embolismicus, quare adnotarunt lunam quartādecimā paschalem die 17 April, quapropter pascha celebrādum decreuerūt dn̄ica sequēte, quæ fuit 21 dies April. Latini vero lunaris cycli obseruatores annū cōmunē haud quaq; embolismū fecerūt. Erat autem aureus numerus cycli lunaris 16. cuius quartadecima luna paschalis adnotata fuit die 18 Martij: & ergo pascha pagēdum erat dominica sequente. scilicet 24 die Martij. luna vigesima. Differētia paschatū fuit 28 dierum. In hoc casu iterū non habuit locum ar

gumētum græcorum de luna 22 supra in literis An: inductū. Alia autē eorum argu
Ap menta inducta ex p̄dictis facile colligi possunt. ¶ Ad postremū alia oborta est
inter eos cōtrauersia molesta valde. Anno Diocl itiani 103. Christi vero 387. Nam
cum esset 8 aureus numerus græcorū. & c litera dominicalis, & luna quartadecima
ꝯm Alexandrinorū supputationē die dominico quartodecimo Calen. Maias inti-
matū fuit pascha per Alexādrinum p̄sulem Rhomano pontifici Sirico ꝯm verisi-
milē coniecturam, die dominica sequēte quæ fuit septimo Calen. Maias: hoc est: 25
die April. Huius paschæ publicationē latini & hesperij audiētes inter se dissecti sūt.
Nam aliq veteris digladiationis adhuc memores cōtenderūt pascha celebrādū esse
duodecimo Calen. Apriles, cū annus ille seruata ratione cycli lunaris fuerat cōmu
nis & nō embolismicus: Cuius aureus numer⁹ 5: Cuius quartadecima luna signa-
batur 19 Martij quæ fuit dies Veneris: ergo dominica sequēte quæ fuit 21 Martij li-
cuit celebrare pascha. Aequinoctio ꝯm eos iam trāsacto Testes adhibuerūt Iudęos
qui hunc annū cōmunē fecerūt, & pascha in Martio celebrarūt. Alij pascha mini-
me septimo Calen. Maias celebrādum autumarūt: sed potius quartodecimo Calē.
Maias ipsa die qua fuit luna quartadecima. Allegātes cōstitutionē in Cæsarea pale-
stinę æditam, qua cauetur pascha celebrari nō debere nisi ab vndecimo Cal. April.
vsq; ad duodecimū Calen. Maias, hoc est: tantūmodo ad 30 dies post vernū æqui-
noctium, videlicet a 22 die Martij vsq; ad 20 April. Addentes pascha primi mensis
terminos nō debere excedere, ne abominosum pascha mense fiat secūdo. Hanc cō
trauersiā huius anni diuus Ambrosius in epistola de celebritate paschali docte defi
niuit, quæ vna cum nostris adnotationib⁹ breui in lucem prodibit. ¶ Theodo-
Aq sius maior Cōstantinopolitanus Impator, princeps quidē Christianissimus, opti-
mus ac p̄stantissimus, in suis cœptis omibus auxilio domini nostri Iesu Christi fre
tus in quē maxime fidebat: grauiter ferens tātorum patrū dissensiones, & ne diuti-
us agitatæ tandē inextricabilem facerent labyrintū, harum dissensionū occasionem
auferre cupiens, omnē hāc prouintiā Theophilo Alexādrino antistiti demādauit,
vt operā nauaret: & curam adhiberet: de paschali sacro euidenti ratione disserere: In
dagationis aut inuētionis normā infallibilem cōscribere, & decemnouenalis cycli
(quē enneadecaterida nuncupāt) per suos prædecessores instituti rationes expone
re. Theophilus sancta hæc imperatoria iussa capessens, paschalem cursum conscri-
psit, & diuo Hieronymo interp̄tandum transmisit. quē quidē ab eodē legimus in-
terp̄tatum. sed nusq; inter libros Hieronymianos apparet. sed quæ ad me fragmen
ta venere hæc sunt. Theophilus ad Theodosium scribens vehemēter carpit eos qui
pascha aliter q̄ ab Alexandrinis promulgatū fuerat celebrabāt. Et si die dominico
luna quartadecima primi mensis euenerit, ipsa hebdomada transmissa ad alterū di-
em dominicū luna vigesimaprima pascha celebrare definiuit. præcepto legis de se-
cundo mense non obstante. Magnus Theophili cyclus continebat annos 437 con
gestus ex tribus & viginti cyclis decēnouenalibus. Nam post quaslibet tres & vi-
ginti reuolutiones redire eūdem aureum numerū, eandemq; literam dominicalem
asseruit. præterq; in anno intercalari in quo vnitatem auferri semp præcepit. Sed de
hoc cyclo & alijs in sequētibus abunde dicemus. ¶ Idem quoq; Theophilus di-
Ar em paschalis sacri in centum annos computatum Theodosio principi transmisit.
Cum epistola cuius particulam hic inserere libuit, inter cætera enim sic scripsit. Di
Deute. em sanctum paschæ & eius quartamdecimā lunam manifeste designat lex cū dicit.
16. Obserua mēsem nouarum frugum & verni primū tēporis, & facies pascha domio
deo tuo, quartadecima die mensis primi ad vesperā: hunc igitur primū mēsem mul
ti ignorātes sæpenūero duodecimū hebræorū mēsem (q anni circulū hyemalē finit)
primū ponunt: nescientes verni temporis initium duodecimo Calen. April. auspi
candū esse ꝯm solis cursum, quē magnopere nos obseruare oportet, neq; ante hūc
diem, quartamdecimā lunam paschalem quærere debemus. & quoniā accidere so-
let per occasionē quartædecimæ huius primi mensis in errorē quosdam incurrere,

cum in diem dominicũ acciderit, sabbato ieiuniũ soluentes luna tertiadecima tunc obuiante, deuiare eos a mãdato legis diligentius oportet attendere, quoniã si sic in die dominica quartadecima luna euenerit, in sequentem dominicã differre pascha conuenit, duplici de causa. Prima quidem ut tertiadecima luna in sabbato incurrente, non cogamur ieiunium soluere. Deinde ne in dñica quartadecima luna incidẽte cogamur ieiunare, indecentẽrem illicitãq; faciẽtes, hoc eñ Manichæorũ sectæ cõsuetudo possedit. Q; in lege dicit, si quis ob aliquã necessitatẽ nõ poterit in primo facere pascha, in secundo mense faciẽdi habeat facultatẽ. Nam sicut supiora cõtinent inferiora, & denarius cõtinet nouenariũ, & non contra, sic luna vigesimaprima cõtinet quintamdecimã. Et secundus mensis cõtinet primũ. Si ergo lex ad secundũ mẽsem trãsmittit eos qui nõ potuerunt in primo mense facere pascha, quare non ꝑpter quandam necessitatem si in die dominico quartadecima euenerit luna digne transferetur in aliam dominicã. Hanc igitur quæstionẽ prout vires suppetebant ventilatam conscripsimus, & paschalis solẽnitatis diem a primo anno cõsulatus tui vsq; in centum sequentes annos calculatũ tuæ pietati trãsmittimus. Hæc Theo. ¶ Publicata diffinitione paschalis celebritatis Theophili Alexandrini antistitis ad petitionẽ Theodosij principis facta, plures Latini & Rhomanæ ecclesiæ episcopi, ꝑcipue p Æmiliam constituti, prisci & consueti cycli lunaris defensores, adhuc hæsitantes ac fluctuantes, dixerunt difficile esse cõsueta & certa relinquere, & inassuetis, ac incertis adhærere. quare huius rei decisionẽ & sentẽtiam a diuo Ambrosio tũc Mediolanẽsi archiepiscopo in diuinis literis celebratissime efflagitabãt. Qui (vt ex ep̃la eius cõspicuũ est) in sententiam Alexãdrinorũ, Aegyptiorũ, Græcorũ, & ipsius Theophili venit. Et sic hac cõtrauersia sedata sacrũ pascha aliquãdiu celebratum fuit iuxta normã Alexandrinorũ a Theophilo demũ expositã & enucleatã. ¶ Si quis recte pensitauerit cõtrauersias agitatas inter Latinos & Græcos super vera paschæ celebratione, profecto (me iudice) nõ facile subibit ꝓuintiã noui cuiuspiã cycli generalis conscribendi oĩbus orthodoxis accõmodi. Nam ut olim, ita hodie ex diuersitate annorum embolismorũ possent suboriri dissensiones. Non dico eas inter Latinos & Alexandrinos ac Aegyptios oborturas, qui iam a fide Christi apostatarunt, & diuersis erroribus hei hei sunt innodati. Sed de Græcis aut alijs loquor natiõibus, quibꝰ alia q̃ nobis sunt annorũ exordia, & alia embolismorũ ratio, vnde eorundẽ varietas, & ex consequẽte paschæ diuersitas accidere posset. Sed cũ harum rerum nulla sit mihi cõmissa tractatio tacendum est, scriptura admonẽte, qui altam facit domum suam, quærit ruinam.

Christus dominus s̃m Græcos cũ ap̃lis luna tertiadecima ultimã sumpsit cœnã. q̃re in primitiua ecclesia soluebant ieiuniũ luna tertiadecima primi mẽsis, & luna quartadecima ieiunandũ erat, quia tunc Christus crucifixꝰ fuit. Latini vero affirmant Christũ luna quartadecima cum apostolis cœnasse, & quintadecima crucifixũ. Et sic Latini dissentientes cũ Græcis in ætate lunæ tp̃e passionis Christi, nõn possunt hoc dictum Theophili ad propositum eorum allegare.

Hic Theophilus respondet latinorũ argumẽto de secũdo mense habito, asserentiũ nõ licere pascha ad alterã dominicã differre, ne primi mensis limites excidat. dicit Theophilus non solũ licere, sed occasione data obseruãdũ esse. q̃re in ep̃la subiũgit. Q; in lege &c.

Ac

Ac

De alia disceptatiõe super pasche celebritate inter Latinos et Grecos orta Propositio Trigesimaquinta.

A Ontrauersiā aliā de paschę celebratiōe inter Latinos & Græcos obortā patefacere. ¶ Cōtētio suborta inter Innocē tiū primū Rhomanū pontificē, & Cyrillū Alexandrinū episco pum sup paschæ celebritate pagenda (bona venia impetrata) cū astrologica supputatione aut nihil aut parū quadrat. Ne aūt huius rei aliquid omittere videar, paucis absoluam. Anno igitur a die imperij Dioclitiani 119, Christi autē 403 inter memoratos uiros alia agitata est dubitatio diuersa a pdictis super paschæ celebratiōe. Fuit eo an no aureus numerus 5, litera dñicalis d. Cōtēdebat Innocētius Rho. ponti. lunam vndecimo Cal. Apriles qui fuit dñicus fuisse sextamdecimā, quā Theophilus ī suo paschali cursu quartamdecimā uocauerat. Quāobrem fm opinionē Innocentij Pa scha celebrandū erat vndecimo Cal. Apriles. sed iuxta cyclum Theophili pascha, p rogandū erat usq; in quartū Cal. April. fm Theophili supra in ppositione 34 in li teris A q & A r expositā formulam, quoties quartadecima luna in dominicā diem inciderit, pascha in sequentē dominicā trāsferri debet. & hoc modo usu uenit in ob lato anno: ex eo q Aureus numerus fuit 5. & d litera dñicalis inciderat, quartadecima luna in dominicā fm Theophilū, quare pascha in alterā dominicā differēdum.

B ¶ Innocētius uero in opinionē suā alios trahere uolens, adhortatus ē Aphricanos, ut paschale sacrū celebrarēt cū Rhomana ecclesia, uidelicet vndecimo Cal. Apriles. De quo hæc inuenit epistola. Innocētius Aurelio Carthaginensi epo. S. Charitatis nostrę officium nullo interuallo dirimit: etiam si charta nullos apices ferat. uiuit em̄ spiritualis gratia alternis in cordibus: & amorē nostrum confouet sacerdotalis ipsa societas. Cum ergo dignū est vnitatem ecclesiæ custodire: unum idemq; omnes pa riter & sentiamus & pnūciemus. has ergo literas de ratione paschali alterius dico fu turi anni pscripsi. Nam cū ante diem vndecimū Calendarū Apriliū luna pene sexta decima colligatur (nā quippiā minus est) Itemq; q ante diem quartū Calendarꝝ earundē ueniat luna vigesimatertia existimaui vndecimo Calendarū Aprilium festa paschalia celebranda. qm̄ in vigesimatertia luna nullū pascha vnq; ante hoc factum

C esse cognouimus. Hęc Inno. ¶ Cyrillus aūt Theophili nepos, & in epatu successor, cyclum patrui, & antecessoris defendere & extollere volens, obiectiōib' factis sic rñdit. Sāctū paschæ mysteriū, eiusq; sacra solēnitas sicut ē a saluatore nostro apo stolis tradita, illibata māsisset: si eam quorūdam insipientiū puersitas inter cætera fidei sacramēta minime cōtaminasset: illi etiā qui æquū prauitati rñdere conati sunt: & septuaginta sex annoꝝ paschalem cyclū instituerūt pfectæ rationis circulū tenuissent: si in supputationē mēsium uel annoꝝ nō humanā, sed diuinā traditionē seq potuissent. Vnde tāta sunt ignorātia & tenebris inuoluti, ut in vtrūq; paschalis obseruationis periculū deciderint. ita ut ante quartādecimā lunā quā vulgus sextādecimā putauit, cum adhuc orbis sui circulū nō impleuerit, & ante mēsem nouarum frugū pascha celebrando, contra pceptū dñi frequēter errauerint: qd alij puidētes, ac rephendentes, & quasi emendare cupiētes qui nō diuina illuminatione lustrati, sed humanæ sciētiæ psumptione elati, diuersos & inextricabiles circulos adnotan tes, paschalis solēnitatis calculū cōscribere conati sunt. Et lunam quā alij sextādeci mā improprie nūcupant, hanc sanctus Theophilus quartādecimā cœlo demōstrā te appellat. Pascha aūt qd illi ultra duodecimū calendas Maias celebrare formidant sanctus Theophilus usq; in septimū Calendas Maij differri nō dubitauit. saltū qq; lunæ, quē alij in anno quartodecimo, alij in anno sextodecimo inserérunt sanctus Theophilus usq; in vltimū annū reseruauit. Ita em̄ quartādecimā lunā in cœlo uide ri vult Theophilus ut pleno orbis sui circulo eodem momēto oriatur quo occidit sol. Vnde euidēter patet, q lunam, quā illi vigesimātertiā in sabbato vigilare formi dant: ipse vigesimāprimā affirmās, sine ulla trepidatione in ea sanctū pascha cēseat celebrandū, & quā illi sabbato pterito quintādecimā mētientes anticipant, ipse tertiamdecimā appellans nō recte eos pascha celebrare cōtendit. Nā cum lunatio vi

gintinouē diebus & semisse compleatur. & trigesima die luna soli cōiungat: nō debet dici prima nisi die sequēti cū in occubitu solis videri possit. errāt ergo illi qui lunā trigesimā appellāt primā, & saltu interueniēte secūdam autumāt: quā Theophilus trigesimā vocat. sicq; in cæteris quā illi sextādecimā asserūt: Theophilus quartādecimā esse voluit. Hæc Cyrillus. ¶ Hic aduerti cōuenit oēs cyclos cōiunctionū luminariū, paschales quorūcunq; & in quotcūq; ānos supputatos esse imbeciles minime posse lōg durare tēpore queadmodū i sequētibus ꝓpositiōibus docebimus. Hic Cyrillus patrui sui cyclū quadringētoꝝ & trigintaseptē annoꝝ deflorauit in nonagintaquinq; ānos: nulla tm̄ in canone aut terminis paschæ mutatione facta. de quo sic scriptū reliquit. sed qm̄ iam illi diuersi circuli ꝑ totū orbem dissemi nati etiā nostroꝝ animos incōcusse possideāt, iste qui nuꝑ est ęditus vix ad paucos potuit ꝑuenire quē cum nimia eius ꝓfunditate pene oēs sensus excedere vidissem reuelationē dn̄i postulaui, & hoc quod de ipso fonte haurire ꝓmerui nūc breuit̄ exposui, quod nec illos apud quos ipsum circulū vidi intellexisse cognoui. & ne forte quadringētoꝝ & trigintaseptē annoꝝ cōgeries aut fastidiū cognoscēdi, aut pigritiam describēdi quibusdā afferret, in nonagintaquinq; annos eundē circulū abbreuiaui, quē per ānos illos reuolui sine vlla differētia animaduerti. vnum tm̄ assem in quibusdā annis ꝓpter rationē bissexti demendū admonui a duodecimo calē. Aprilis vsq; in septimū calen. Maias ꝑ dies trigintaquinq;, qui faciūt septimanas quinq; sanctū pascha celebrandū esse: Cōfirmans mēsem nouoꝝ qui iā biduū de ipa septimana vltima habere dignoscitur, reliquos vero eius quinq; dies adieci, vt ꝓpter dominicā diem luna quartadecima vsq; in vigesimāprimā sicut p̄ceptum ē distēdatur. Nam quartadecima luna primi mēsis a duodecimo calen. Aprilis vsq; in quartūdecimū calen. Maias ꝓtendit. quāobrem hos quinq; dies adijciendos minime dubitaui, eo ꝙ ipsa luna quæ vsq; in quartūdecimū calen. Maias ꝓtendit infra primi mēsis terminos & nascitur & implet. Anni etiā Hebræoꝝ ratione habita, constat hos quinq; dies mēsi nouoꝝ additos, nō secundi mēsis esse, sed primi. qui si secundi essent mensis ꝓpter dn̄i resurrectionē, & ecclesiæ plenitudinē, nō immerito videntur adiecti. illi em̄ qui lōgius habitabant vel immūdi anima fuerāt in secūdo mēse pascha iussi sunt facere, quod in typū intelligit̄ sanctæ ecclesiæ quæ cū omibus dęmonibus fornicata immūda videbat̄ in anima, salubri vero cōfessione mūdata ad secūdam natiuitatē quasi ad secundū mēsem transire p̄cipitur. Hæc Cyril. ¶ Præterea noscendū est, ꝙ diuersitas ætatis lunæ oritur ex diuersa numeratiōe. quia aliq a die mediocris cōiunctionis luminariū initium numeratiōis sumūt pleriq; a prima die post cōgressum. a coniunctione nāq; luminariū vsq; ad oppositionē s̄m mediocrē cursum semꝑ sunt dies integri 14. horæ 18. minutię 22. Quare si a die cōiunctionis numerationē inceperim⁹, erit fere semꝑ oppositio luminariū die sextadecima a die cōiunctionis, & nō quartadecima. Vulgus quoq; diē oppositiōis nominat lunam quintādecimā, Quā Theophilus & suus nepos Cyrill' vocāt quartādecimā. Quare dissensio inter Innocentiū & Theophilū ac Cyrillū eius defensorē nata est partim ex diuerso mō cōputandi ætatem lunæ, quia initiū supputatiōis sumpsit Innocentius a coitu luminariū, Theophilus & Cyrillus a die prima post cōuentionē luminariū. Miror vehemēter de inepta Theophili & Cyrilli vocabuli acceptione: asserentium lunā decimāquartā significare pleniluniū siue luminariū oppositionē, nunq; ꝑfecto accidit oppositio s̄m mediū cursum die quartadecima ætatis lunæ, sed ad minimū die quintadecima vt cuilibet cōputatori ꝑ tēpus a coniunctione mediocri in oppositionē supra notatū facillime cōstare poterit. Sed ꝙ hi viri Alexandrini per lunā quartādecimā oppositionē luminariū intellexerint indicant verba Cyrilli supra recitata cū inquit, Quartādecimā lunā in cœlo vult videri Theophilus vt pleno orbis sui circulo eodē momēto oriatur quo sol occidit. Ecce. Nullæ orbis nationes, Latina, Græca, Hebræa, Barbara asserūt lunā quartādecimā significare pleniluniū aut oppositionē luminariū, sed q̄ntādecimā accipiūt ꝓ plenilunio aut oppositiōe.

Sed quod prisci patres nõnunq̃ vocant lunam paschalẽ quartamdecimã accipien dũ est de quartadecima luna cõpleta, inchoata tñ iam quintadecima, sed de his mo- F do satis. ¶ Paucis trãscursis annis denuo suscitata ẽ Latinorum & Græcorum cõten- tio, de qua in ꝓpositione supiori diffuse tractauimus. Multis eñ latinis & ecclesia- rũ hesperiarũ p̃sidibus & nõnullis vt fertur græcis a Ioãne Chrysostomo edoctis ar gumẽta & rationes Cyrilli minime satisfecerũt, eius argumentũ de secũdo mẽse hoc pacto repellẽtes. Cũ sacrosancta ecclesia Christi sanguine mũdata sit, tanto magis a secũdo mense immũdis deputato abhorrere debet. sicq̃ cõmemorati viri cõtra sen- tẽtiam Theophili & Cyrilli primi mẽsis terminos ad triginta dũtaxat dies extenden dos affirmarũt, abijciẽtes reliquos quinq̃ dies p Theophilũ & Cyrillũ additos tan- q̃ pro paschali solẽnitate minime cõgruentes. Quo factũ est, vt ãno Dioclitiani 122 Christi vero 406 cũ esset 8 græcorum, Theophili & Cyrilli aureus numerus, & g lite ra dñicalis, & annus eis embolismicus, quare octonarius numerus die sexta Mar- tij exaratus inhabilis ꝓ luna quartadecima indaganda, Ideo celebrarũt pascha die vi gesimasecũda Aprilis. Latini vero secundũ mẽsem immũdorum repudiãtes, fecerunt hunc annũ cõmunẽ & resumpserũt cyclũ lunarẽ quinq̃: quare pagebant pascha 25 die Martij. Vtriusq̃ ptis defensiones q̃re supra ꝓpositione 34 in literis A g. Haud dissimilis deinde orta est cõtentio anno Dioclitiani 133: Christi aũt 417: cũ aureus nu merus Græcorum esset 19: & g litera dñicalis: asserebant græci imitatores cyclorum The ophili & Cyrilli pascha debere celebrari die vigesimasecũda Aprilis. Cõtra latini q̃r ta & vigesima die Martij. Causas discidij lege supra ꝓpositiõe 34 in literis A l. Cy rillus posteaq̃ vidit rationes & argumẽta sua parũ cõcludere: miraculis & ꝓdigijs nitebatur ꝓpositum suũ firmare. Ad miracula igitur se cõuertẽs inducit q̃ me apud Bedã legisse memini Pachomiũ quendã monachũ ægyptiũ qui ãgelo reuelãte opi nionẽ Theophili & Cyrilli fertur cõfirmasse, & Selenitem lapidẽ suo candore lunę augmentũ & decrementũ ostendere, & reliqua trãseo, calamus eñ nunc refugit.

G ¶ Sed neq̃ Cyrilli rationes, neq̃ ꝓdigia potuerũt apud Latinos euincere, vt in suã opinionẽ induceret. sed quoties p Alexandrinũ calculũ pascha post duodecimũ ca len. Maij publicatũ fuit: Latini mox cõtradixerũt. Quocirca anno Dioclitiani 144. Christi vero 428: cum esset aureus numerus 11: & g litera dñicalis, luna quartadeci- ma ẽm Alexandrinã cõputationẽ ꝓmulgata esset die quintodecimo Apri. die do- minico erat pascha ẽm eãdem cõputationẽ ꝓtrahẽdum vsq̃ in dominicã sequẽtem quæ fuit dies vigesimasecũda Aprilis. Latini eadẽ dñica sc; quintodecimo die Apri lis pascha celebrãdum affirmarũt: ne primi mensis limites transgrederẽtur. Assimi- lis altercatio accidit anno Dioclitiani 160: Christi vero 444 cũ esset 8 aureus nume rus Græcorum, & a litera dñicalis, iuxta cyclos Theophili & Cyrilli erat pascha cele- brãdũ die tertia & vigesima Aprilis. q̃d Latini die vigesimasexta Martij celebrãdum

H cõtenderũt. ¶ Ac rursus tpe Leonis papæ huius nois primi, sc; anno Dioclitia- ni 171: Christi vero 455: alia suborta ẽ cõtrauersia, fuit eñ aureus numerus 19: & b litera dñicalis, & luna quartadecima ẽm cyclum Theophili signata quintodecimo calen. Maias, id est, septimadecima die Aprilis die dominico, & pascha celebrandũ die dñica sequente publicatum, videlicet 8 calen. Maij: hoc est 24 die April., quod plurimi latini eadẽ dominica sc; decimaseptima die Aprilis celebrandũ asseruerũt, ne primi mensis limites excidat. In ea fuit etiã sententia Prosper Aquitanicus, Rhe ginus episcopus Leonis pontificis magni, ob eloquentiã notarius apostolicus. hic vir eruditissimus inter plura quæ cõscripsit, paschæ rationẽ satis luculẽter absoluit. Leo autẽ rhomanus pontifex, notario connitente veram paschæ rationẽ inquisitu- rus Martianũ Imperatorẽ Cõstãtinopolitanum, principem Christianissimũ, lite- ris adhortatus est, vt ab Alexandrino præsule rationem cycli Theophili exposce- ret: & accurato pscrutaretur examine. In quo quidem cyclo nõnunq̃ pascha in secũ do mense immũdis deputato affigi videbatur, Existimãs in p̃senti casu quo pascha octauo calen. Maias pagendum fuit promulgatũ, ab eo non recte cõmemoratum

diem scriptum fuisse. ¶ Leonis autē ad Martianū epistolæ fragmentum, hoc est, I
studuerūt quidē sancti patres occasionē huius erroris auferre: omnē hanc curā Alexandrino episcopo delegantes (quoniā apud Aegyptios huius cōputationis antiquitus tradita videbatur esse peritia) per quē quotannis dies pdictę solennitatis sedi apostolicæ indicaretur, cuius scriptis ad lōginquiores ecclesias pascha sanctum intimaretur. verū ut huiusmodi labor aliquādo quiesceret, cōposuit memoratus vir Theophilus circulū nunc longe lateq́ notissimū, quo quartasdecimas lunas primi mensis ex ordine dephendendo diem paschæ qui mox sequēte dominica futur⁹ erat facillime cuiq́ inueniēdum relinqueret. Cum ergo iuxta adnotationem Theophili pascha sanctū anno proximo celebrandū esset 8 calen. Maij, quod fratres nostri 15 calen. Maij celebrādum arbitrātur, hortamur pietatē tuam, vt ab Alexandrino antistite causam cycli Theophili expostulet ꝛc. Martianus itaq́ princeps concordiæ amator summope studuit has p plures ānos cōtrauersias habitas auferre, quare vna cum Leone pontifice Protheriū Alexandrinū psulem adhortatus ē vt cycli paschalis Theophili luculentas redderet rationes. Protherius tantorū virorū adhortationi acquiescens, diffinitā & apertissimā ratione cycli Theophili cū his literis transmisit. Lętificauerunt me literæ dilectionis tuæ ꝛc. quas lege supra ppositione 32: ferme a principio. ¶ Leo rhomanus pontifex ratione diffinitionis paschæ cōprobās & K
acceptam habēs, occidentales episcopos p suas literas hortatus ē ut cū orientalibus futuri anni pascha 8 calen. Maias celebrarent, sic. Dilectis fratrib⁹ vniuersis episcopis catholicis per Callaiciam & Hispaniā constitutis, Leo papa ꝛc. Cum in omnibus diuinorū pceptorum regulis exequēdis sacerdotalem obseruātiam oportet esse concordē, maxime nobis & principaliter puidendū est: ne in paschalis festi die vel ignorantia vel psumptione peccatū diuersitatis incurramus. Vnde quia tēpus sacratissimæ solēnitatis ita dispositos habet limites suos, vt salutare sacramētū nunc citius, nunc tardius oportet celebrare nō desinet apostolicæ sedis solicitudo pspicere, ne dubio aliquo ecclesia turbetur incerto. Cum autē in quibusdā adscriptionibus patrū futurū proximo pascha domini ab aliis in diem quintūdecimū calē. Maias ab aliis in diem octauū earundē inuenitur adscriptū: tandem diuersitas ista me pmouit vt clemētissimo principi Martiano curam de hac re animæ meæ panderem, vt pcipiente ipso ab his qui habent huius supputationis peritiā diligentius illuc discussa rōne qreret: in q die possit veneranda solēnitas rectius celebrari quo rescribēte octauo calen. Maij diffinitū est. quia ergo studio vnitatis & pacis intentus fui: malui oriētalium diffinitioni acquiescere: q tantæ festiuitatis obseruationem deserere. Nouerit itaq́ fraternitas vestra die octauo calen. Maij ab omibus resurrectionē domini celebrādam: & hoc ipsum per vos aliis fratribus esse intimādum, ut per diuinæ pacis cōsortium sicut vna fide iungimur, ita vna solēnitate feriamur. ¶ Tamē L
Latini & occidētales ab innata ferme cōsuetudine nō facile discedētes Aegyptiorū diffinitioni nō plene cōsentiētes, paucis annis reuolutis sub Hilario rhomano pōtifice successore Leonis cōtentiones prioribus similes suscitarunt. Anno em̄ Diocliciani 179, Christi autē domini 463: cum aureus numerus Græcorū esset 8: & f litera dn̄icalis, sanctum pascha iuxta Alexādrinam cōputationē adnotatū erat die vigesimaprima Aprilis. Latini vero pro anno Græcorū embolismico cōmunē faciētes die quarta & vigesima Martij peragēdum dixerunt. Deinde pauxillo annorū interuallo lapso, videlicet anno Dioclitiani 181: Et Christi 465: vetusta illa altercatio de qua plura in ppositione supiori (an licitum sit dominicā passionē ante lunā quartamdecimā recoli) reassumpta fuit. Eo nāq́ anno aureus numerus fuit 10: & c litera dominicalis, inciditq́ luna quartadecima memorati anni in diem sabbati die vigesimaseptima Martij, publicatū fuit pascha p Alexandrinos die vigesimaoctaua Martij. Quod Latini vsq́ in sequētem dominicā differēdum censuerunt, ne passio dominica (quæ in die Veneris ante pascha cōmemoratur) quartamdecimā lunam pcedat. Ad hoc adstipulatur diuus Ambrosius in epistola 83 de paschæ celebrita-

te:cũ inquit. Hæc lex paschæ nobis seruãda est, vt nõ quartamdecimã lunã obserue mus in die resurrectionis, sed in die magis passionis: aut certe aliis ꝓximis supiori-
M bus diebus. ¶ Hilarius Rhomanus põtifex cũ hæ altercationes agitarẽtur, post- habuit Alexãdrinorũ & Aegyptiorũ sentẽtias & cyclos, & Victorinũ natiõe Aqui tanicũ Lemonicẽsem, supputatorẽ peritissimũ hortatus est ut sacræ paschalis solẽ- nitatis canonẽ conscriberet: & primi mensis terminos ac alia huic rei opportuna de finiret. Victorinus itaq; Rhomani põtificis mãdatis obsequibilis canonẽ aut cyclũ paschalem dilucidũ conscripsit, ita ut Eusebii & Theophili cyclos supare videret. Collocauit vernũ æquinoctiũ quemadmodũ Alexãdrini & Aegyptii duodecimo calen. Apriles. Et primi mensis terminos iuxta Latinorũ opinionem a tertio nonas Martii in quartũ nonas Aprilis per dies vicenos 4 nouẽ conscripsit. Canonẽq; pas- chalem & alia huic rei necessaria ædidit: quæ oĩa dilucide in ꝓpositiõe anteceden te in literis T t sunt exarata, & hic ꝓ repetitis censenda. Victorini itaq; canonem de paschæ celebratione cõpositum Latini in aliquãtos annos obseruarũt: dissentiẽtes a Græcis & oriẽtalibus Alexandrinũ paschæ canonẽ custodiẽtibus. Quo factũ est, vt quoties quartadecima luna sabbato quopiã contigerit: aliter apud Græcos & ali ter apud Latinos pascha celebrabat. Dempto tamẽ casu in canone Victorini inser- to: ut in annis subnotatis vsu venerat. Omitto hic nõ ab re recẽsere annos Dioclitia ni, annos aũt Christi domini adnotabo. Anno itaq; Christi 469 cũ esset aureus nu- merus 14: & c litera dñicalis: incidit luna quartadecima in sabbatũ diem 12 April. Celebrabãt Græci pascha 13 die Aprilis. Latini vero die vigesima eiusdẽ mensis. ꝓ hac formula iudicabis etiã annos sequẽtes. Anno Christi 475: fuit 1 aureus nume- rus: e litera dñicalis. Anno Christi 489: 15 aureus numerus. a litera dñicalis. Anno Christi 495: 2 aureus numerus: a litera dñicalis. Anno Christi 496: 3 aureus nume- rus: f litera dñicalis. Anno eiusdẽ Christi 499: aureus numer⁹ 6: litera dñicalis c. An no Christi 509: 16 aureus numer⁹: d litera dñicalis. Anno Christi 516: aureus nume rus 4: lr̃a dñicalis b. Anno tandẽ Christi 519: 7 aureus numer⁹: f lr̃a dñicalis. Silr̃ in anno 8 & 19 cycli decẽnouenalis frequẽter aliter a Græcis, aliter a Latinis pascha pagebatur. Græci eñ hos annos embolismicos fecerunt. sed Victorinus iuxta ra- tionem cycli lunaris quẽ Latini sequebãtur cõmunes esse voluit. In exemplis An- no Christi 474: aureus numerus 19: f litera dominicalis. Anno Christi 482: 8 aure- us numerus: c litera dominicalis. Anno Christi 501: aureus numerus 8: litera do-
N minicalis g: Ac ãno Christi 512: 19 aureus numerus: g litera dominicalis. ¶ Sed videbatur pluribus Victorini canonẽ paschalem esse irrationabilẽ, fragilem, funda mento carẽtem, ac legis monumẽtis aduersum. Quare Victor quidam Caprianus episcopus, decẽnouenalem Alexãdrinorum cyclum in vsum reuocare cupiẽs, Vi ctorini canonem cõfutauit ac redarguit. Qui Beda anglico cognomẽto venerabili referẽte sic scriptum reliquit. Cum paschalis veneranda solẽnitas quanam die potis simũ proueniret solicite a nobis q̃reretur, & iuxta patrũ venerabiliũ statuta: octauo calendas Apriles diceremus resurrectionẽ domini ꝓculdubio celebrãdam, aliqui- bus minime rationabilis visa est nostra respõsio. eo ꝙ Victorinus quidã in circulo paschali quẽ ædidit aliter diem dominicæ resurrectionis affixerit: licet & hunc desi- gnauerit quẽ nos celebrãdum pariter profitemur (Et paucis interpositis subiũgit) Sed nunc ordo expetit: ut cyclorũ quos Victorinus ædidit patefaciamus euidenter errores: dum nescit legitimũ diem definire paschalem, ut cum in p̃teritis ipsum er- rasse ostensum fuerit: in p̃sentibus quoq; ac futuris authoritate careat, & occasionẽ prauæ ꝑsuasionis amittat. Quomodo eñ primi mẽsis initium tertio nonas Marti- as statuetur, si eius sextadecima, dominica eueniens, pro pascha celebrãdo minime idonea existat. Constat eñ lunam tertio nonarũ Martii natam tertiodecimo Calen. Aprilis esse sextamdecimã. si ergo tertio nonarũ Martiarũ nata luna primi mensis fa ciat initium: quid rationis est: vt pascha nõ celebremus in eius sextadecima domini ca incidente; sed potius in sequẽtem differamus mensem: cum lex p̃cipiat ut omnes

qui possint in primo mense pascha faciant, soli autē qui in uia fuerint aut immundi pascha secundo mēse celebrent. Sed huic argumēto Victorinus & qui eius tuebantur partes sic respōderunt. Non esse arbitrādum primi mēsis exordiū semp a tertio nonas Martij sumēdum esse. Immo ipse Victorinus illam in suo canone excepit lunationē cuius sextadecima luna die dominico ante æquinoctiū potest contingere, quia palam dixit excipiēdam esse lunationē hanc quæ in Calēdis Ianuarijs ostenderit lunam vigesimāseptimā die sabbati absq; bissexto. ¶ Sed huius argumēti dissolutionē ac eius authorē venerabilis Beda mirum in modū rephendit. Nam postea q̄ Rhomana ecclesia cōsensit in canonē paschalem Alexandrinorum, quē etiam Dionysius abbas Rhomanus exposuit, & cyclum eorūdem Rhomano Calēdario inscripsit: fue. e nōnulli populi inter quos Aquitani & Scoti qui discessere a rhomana ecclesia circa tēpora fere Honorij primi, & Ioannis quarti, quos tādem Gregorius tertius reduces rhomanæ ecclesiæ vniuit. Hi Victorini cyclū resumpserūt & pascha iuxta cyclum lunarē Latinorū obseruarūt. Memoratus autē Beda anno nostræ salutis 725, vel circiter sacræ paschalis celebritatis normā conscripsit cōfutans Victorini canonē paschalem & eiusdē sectatores, ex eo q̄ legitimū paschæ principium nunq̄ habent. Et crebro euenit q̄ nullū dierum qui in lege scripti sunt in sua paschali obseruatione consequātur: dū & vesperā quartidecimi diei (quo pascha initiari cōstit..tum est) & mane quintidecimi (quo azymorū dierum solēnitas inchoari p̄cepta est) a sua prorsus festiuitate repudiēt, atq; insup in huius pœnā peccati vigesimūsecūudū diem qui in tota paschali institutione per Mosen nec semel appellatus inuenitur frequēter in sui paschæ principiū sanciri p̄cipiunt. Victorini autē scripta & respōsiones taxat Beda hoc pacto. Videamus ergo Latinos suos quomodo cōmendat Victorinus: dixit eos maxime cēsuisse a tertio nonarū Martiarū natam lunam efficere primi mēsis initiū: & sextadecima luna die dominico pascha celebrandum. Et iterum dicit nunq̄ tertiodecimo calen. Aprilis: etiam si luna cōueniat pascha celebrādum s̄m Latinos, sed magis s̄m Aegyptios octauo calen. Maij. Constat autem lunā tertio nonarū Martiarū natam tertiodecimo calen. Aprilis esse sextamdecimā. Obsecro frater sancte Victorine si tertio nonarū Martiarū nata luna facit primi mēsis initium: quid rationis est: vt in eius sextadecima luna nō celebremus pascha: sed potius in aliū differamus mēsem, cum lex toties imperet: vt omēs qui possint in primo mense pascha faciant: soli autē qui in via fuerint: vel immūdi pascha secundo mēse celebrent. quid est ergo q̄ addis absq; bissexto: an forte quia quādo Calendæ Ianuarij sabbato sunt tertiadecima Calēdarum Apriliū in dominica occurrit: si bissextus nō interuenerit. si autē bissextus intercesserit, eadem dies feria secunda prouenit: docere vis cum secūda feria fuerit tertiadecima calen. Aprilis luna vigesimasecunda pascha rite celebrari: cum vero eadem dies tertiadecima calen. Aprilis lunam sextamdecimā dominica die habuerit: nō possit in ea pascha celebrari: quia nōdum æquinoctium trāsierit: sed nec in sequētem dominicā, quia luna supadulta, hoc est, vigesimatertia illam incidit in diem: atq; hac cogente necessitate: in secundi mensis tēpora paschæ differenda solēnia. Mirus calculādi p̄ceptor, qui principaliter doceas lunam tertio nonarum Martiarū natam primi mēsis efficere initium: & rursus ratione ipsa superatus cōpelleris fateri: nisi interueniēte bissexto nullatenus lunam hac die natam: sed sequēti mense accēsam paschalibus festis cōgruam. Si vero affuerit bissextus: tunc effici lunā primā. & q̄ ais etiam si luna cōueniat tertiodecimo calen. Aprilis nunq̄ in eo pascha celebrari poterit. quomodo em̄ potest luna conuenire paschalibus solēnijs, vbi nunq̄ paschalia solennia sunt celebrāda? et si nunq̄ tertiodecimo calen. Aprilis pascha celebrādum etiā si sextadecima luna prouenerit: errant profecto Latini qui lunā paschalem tertio nonas Martij inchoare decernunt: in cuius sextadecima & decimaseptima eo q̄ æquinoctiū nōdum trāsierit: non licet pascha fieri. & merito eorū contempta obseruatione cum ægyptijs potius eo anno octauo calen. Maij pascha differēdum suades. Si autē magis obseruan

dum quod ægyptij docent autumas: quare nõ illorum per omnia sententiam secta-
ris: Verum quia hoc facere nõ vis, sed inter vtrosq; medius incedẽs magis latinorũ
quos vituperas: q̃ ægyptiorum quos præfers, calculum tuis legẽdum sequẽdumq;
tradas, nos Aegyptiacam calculãdi doctrinam quę & iudicio tuo, & vniuersalis ec
clesiæ consensu verior apparet: omibus sequẽdam nouimus, initiũ videlicet primi
mensis ab octauo iduũ Martiarũ vsq; in nonarũ Apriliũ diem, quartasdecimas ve-
ro lunas paschæ a duodecimo calẽdarum April' vsq; in quartũdecimũ calendarum
Maij: porro diem paschæ dominicũ ab vndecimo calen. Aprilis vsq; in septimũ ca
len. Maij, & hoc a luna quintadecima vsq; in vigesimãprimã esse quærẽdum. Con-
stat itaq; errare eos, qui lunæ paschalis initiũ tertio nonarũ Martiarũ die sumẽdum
diffiniũt. quia luna ibi nata pleniluniũ ante tẽpus æquinoctij facit: ideoq; solẽnitati
paschali inhabilis ẽ. Hæc ex Beda. Ex his conspicuã esse arbitramur disceptationem
denuo inter latinos & græcos de paschæ celebratione habitã. Et tandem priscis his
cõtentionib⁹, dissensiõibus, ac ꝯtrauersijs multifariã obortis finẽ imponere libuit.

De norma paschalis celebritatis: iuxta vsum rhomane ecclesie in hodiernũ vs- q3 diẽ obseruata: propõ trigesimasexta.

Ormã paschalis solẽnitatis iuxta vsum & obseruatio
nem rhomanæ ecclesiæ vsq; in hodiernũ diem notam facere.

A ¶ Post tenebras tristes speramus lucem, post nubila maxima
phœbũ solito clariorẽ, post bella mortifera pacẽ placidam, post
discordiã concordiã. Sic post plurimas cõtrauersias, dispensio
nes & digladiationes inter Latinos & Græcos sup paschæ cele-
bratione agitatas queadmodũ in duabus supioribus ꝓpõnibus
differuimus placuit deo pacis qui moribus sacris pulchrã censet concordiã pacis.
Quo factũ est ꝙ ecclesia Rhomana paulatim cõsensit in doctrinã Alexandrinorũ,
& assumpsit canones p Theophilũ Alexandrinũ antistitẽ æditos iuxta interptatio-
nẽ aut expositionẽ Dionysij. Fuit hic Dionysius abbas Rhomanus cognomento
exiguus græce & latine eruditus qui Victorini & latinoꝝ de paschæ celebratiõe cy
clos & canones in supioribus ꝓpositionibus expositos reprobauit atq; cõfutauit.
Alexandrinoꝝ vero doctrinã in vsum reuocauit. Cyclumq; decẽnouenalem eorũ
dem & a Theophilo expositũ & dilucidiorẽ redditũ Rhomano calẽdario inscripsit,
nulla in eo facta mutatione nisi quantũ supputatiõis ratio postulabat ꝓpter diuersa
B Calendarioꝝ initia. ¶ Totamq; æditionẽ suam sup ratione paschalis celebritatis
anno Christi domini 532 absoluit & in lucem prodire iussit. In qua in summa do-
cet a rhomana ecclesia primi mẽsis lunationẽ accipiẽdã esse ab 8 idus Martij vsq; in
nonas Aprilis. Quartamdecimã vero lunam a 12 calen. Aprilis vsq; in diem 14 ca
len. Maij per dies 29 q̃rendam definiuit. Et dominica sequẽte sacrũ pascha celebra-
ri præcepit. Quod si quartadecima luna dominico die euenerit, pascha vsq; ad se-
quẽtem dominicã iuxta Theophili doctrinã differẽdum esse voluit. Et quia embo-
lismi omes designati p hos numeros 17, 6, 14, 3, 11, 19, 8, terminantur in principio
mensis pharmuti a primo eius die vsq; in diem decimũ eiusdẽ mensis, hoc est, a die
septimo & vigesimo Martij vsq; in diem quintũ Aprilis inclusiue. Ideo in annis em
bolismicis prima luna his dũtaxat diebus q̃renda est. Sed in annis cõmunibus ab 8
idus Martij vsq; in diem septimũ & vigesimũ eiusdem exclusiue per dies decẽ & no-
uem luna prima paschalis accipi debet. Quartadecima vero luna in annis cõmuni
bus a 12 calen. Aprilis vsq; in diem sextum idus Aprilis per dies sc; decem & nouẽ
inquirẽda est, sed in annis embolismicis a quinto idus Aprilis vsq; in diem quartũ-

decimũ calen. Maij: scilicet per dies decem quartadecima luna venãda est. Diem vero paschæ ab vndecimo calen. Aprilis vsque ad septimũ calen. Maij celebrãdum esse ab ecclesia scilicet per dies quinque & triginta iuxta Theophili doctrinã. Cõsentiũt pulchre iam memoratis scripta ppositionis 34 in literis Ss. ¶ De extractione cycli paschalis Rhomanæ ecclesiæ ex cyclo paschali Alexandrinorum, & inscriptione in Calendariũ rhomanũ, ac de Rhomano calẽdario abũde scripsimus supra ppositione 34 in litera Z. Nec id silentio ptereundũ esse arbitror, quod tẽpore diui Ambrosij nondum tẽpora & anni ab incarnatione aut a natiuitate domini saluatoris nostri sũt numerati, quod ex eius epistola paschali est cognitu facillimũ. Immo vsque ad tpa Iustiniani magni Imperatoris Cõstantinopolitani anni ab era Dioclitiani, hoc est, a die imperij eiusdẽ supputabant. Sed tẽpore Iustiniani memorat⁹ Dionysius abbas Rhomanus & doctor celeberrimus tẽporum supputationẽ ad annũ incarnatiõis verbi dei reduxit. Hic abbas plures de paschali sacro scripsit epistolas ad Petroniũ episcopũ, Bonifaciũ primiceriũ notariorum, & bonũ secundiceriũ. Et in epistola de primi mensis ratione cõscripta sic dicit. Obseruãdum est summope, ne primi mensis fallamur initio, hinc enim pene cunctus error discrepantiæ paschalis exorit: dum initiũ temporis ignorat. Nam cũ dominus omipotens hanc sacratissimã solennitatẽ celebrandã filijs Israel (qui ex Aegyptia seruitute liberabãtur) indiceret: ait Exodi ad Mosen & C

Formula Dionysiaca cycli decemnouenalis paschalis.

Anni cycli decemnouenalis	Aureus numerus	Initium anni	Finis anni	Quãtitas anni lunaris
		Dies	Dies	Dies
1	19 Com.	4 Aprilis	22 Martij	353
2	1 Com.	23 Martij	11 Martij	354
3	2 Em.	12 Martij	30 Martij	384
4	3 Com.	31 Martij	19 Martij	354
5	4 Com.	20 Martij	8 Martij	354
6	5 Em.	9 Martij	27 Martij	384
7	6 Com.	28 Martij	16 Martij	354
8	7 Embo.	17 Martij	4 Aprilis	384
9	8 Com.	5 Aprilis	24 Martij	354
10	9 Com.	25 Martij	13 Martij	354
11	10 Em.	14 Martij	1 Aprilis	384
12	11 Com.	2 Aprilis	21 Martij	354
13	12 Com.	22 Martij	10 Martij	354
14	13 Em.	11 Martij	29 Martij	384
15	14 Com.	30 Martij	18 Martij	354
16	15 Com.	19 Martij	7 Martij	354
17	16 Em.	8 Martij	26 Martij	384
18	17 Com.	27 Martij	15 Martij	354
19	18 Em.	16 Martij	3 Aprilis	384

Aaron mẽsis nobis principium mensium primus erit in mẽsibus anni &c. Dionysius igitur aduertẽs omnes embolismos ab Alexãdrinis scriptos fuisse in mẽse pcedente pascha sic quod mẽsis paschalis dicatur primus mẽsis iuxta pceptum dñi Exo. 12 scriptũ maximopere studuit hũc cyclũ decẽnouenalẽ reducere ad æquinoctiũ vernũ. Quapropter talem cõputationis hui⁹ formulam collegit: Inchoãs annum primũ a pridie nonas Apriles vbi pro aureo numero exarat 19, & dixit hũc annũ finiri 11 calen. Aprilis, hoc est, die 22 Martij. Et die sequẽte pro aureo nũero ponit vnitas. Hic ãnus primus cõstat dũtaxat diebus 353, quia recipit in saltum lunæ per quẽ ablatus est ab eo dies vnus. Omniũ ãnorum cycli decẽnouenalis initium, finis & quãtitas per tabellam hic annexã manifestãtur. Dionysius hic a plurib⁹ taxatur, ex eo quod inseruit saltũ lunæ primo anno sui cycli decemnouenalis, & fecit hũc annum diminutum vno die cũ iudicio omniũ debeat esse integer & perfectus & minime mutilatus. D

De diuersis cyclis: potissimū his: qui pro pasche celebratione videntur conducere: et de eorum imbecillitate Propositio Trigesimaseptima.

Diuersos cyclos precipue indagatiōi paschalis celebritatis etiā vtcūq; inseruiētes enarrare & eorūdē imbecillitates manifestare. ¶ Primo loco aīaduerti cōuenit, supra ꝓpōne secūda

A docuimus, ꝙ cyclos græce latine sonat orbis siue circul⁹. vt si qd piā ab aliq̄ designato pūcto tanq̄ initio, definito q̄dā tpe exire incipit: & post definita q̄dā tpis ītercapedine in id redit: & hoc mō suos exitus & redit⁹ ꝯtinuat: diciī fecisse cyclū, orbē siue circulū. In exemplo facile capies luna quodā oblato tpe constituta in primo puncto, id est, initio Arietis secundū æqualē suū cursum ab eo exiens puncto ꝑmeando duodena signi Zodiaci in spacio tēporis ƀm Alphonsinā supputationē dierū videlicet 27 horarum 7: minu. 44: secundoꝝ fere 5 reuertiī ad primū Arietis punctū asseriī cōpleuisse vnū cyclum & sub eo tpis interuallo luna omnes sequentes cyclos, periodos, aut reuolutiones cōtinuat. Et vt summatim dicatur luna in 2360585 secūdis vnum

B cyclum cōplet ab Arietis initio exeundo & in id reuertendo. Et cōsimilia exēpla in alijs stellis erraticis facile adduci possent. ¶ Secūdo loco contuēdum, omnis ratio cōputi cōiunctionū & oppositionū ƀm mediocrē cursum duoꝝ planetaꝝ solis videlicet & lunæ a priscis supputatoribus ꝑcipue iuris ecclesiasticis inuēta ab ipsis nobis ꝑ cyclos aut quampiā aliam huiuscemodi fantasiā ꝯmunicata ē: arbitrātibus (falso tamē) easdem finito cyclo in eundē reuerti diem & momentū a quo quondam inceperūt. Idem plures cyclistæ de celebratione annua sacratissimi paschæ phanatice sunt polliciti. Quo factū est vt his rebus in eoꝝ Calendarijs, Tabulis cyclisticis, carminibus, ac Rotulis, fixos, firmos, stabiles atq; chalybes assignarūt dies. Quāobrem opepcium censeo de cyclis diuersis & multis etiā vtrunq; ad nostrū ꝓpositū facietibus paucula cōscribere: vt tādem paschalis ratio magis elucescat: quæ profecto nullo cyclo comꝑhendi potest. Arabes itaq; cyclū cōiunctionū & oppositionū luminariū triginta annoꝝ cōstituūt. Ptolemæus libro sexto Almagesti capite 3: exponit cyclū veteꝝ Ægyptioꝝ: congressuū sc; & oppositionū luminariū, quinq; & viginti annoꝝ solariū cōmuniū. Alexādrinus cyclus decēnouenalis appellatus Et Rhomanus lunaris siue Iulianus couētiones & oppositiões luminariū decēnouem annis solaribus absoluūt. Hebræi modo obseruāt in ea re cyclū decēnouem annoꝝ solariū, modo ducentoꝝ & quadragintaseptē. Hippolitus eps nomen ecclesiæ inuenire nequeo Beda testāte sexdecim annoꝝ cyclum ædidit. Eusebius Cæsareæ Palestinæ ꝑsul eodem Beda referēte cyclum decemnouē annoꝝ compilauit. Theophilus Alexādrinus antistes Theodosio imꝑatore augusto adhortante digessit cyclum paschalē magnū annoꝝ solarium quadringētoꝝ & trigintaseptem. Cyrillus Alexādrinus præsul Theophili patrui cyclū deflorauit & ad nonagintaqnq; annos reduxit. Prosper natione Aquitanicus eps Rheginus Leonis primi papę a secretis notarius magnū cyclū paschalē quingētoꝝ & trigintaduoꝝ ānoꝝ ædidit. Victorin⁹ Lemonicēsis Hilario rhomano pōtifice adhortāte iuxta canonē suū paschalē cōposuit cyclū magnū paschalē etiā quingētoꝝ & trigītaduoꝝ ānoꝝ. cui⁹ initiū vt ferī fecit tēpore ætati suæ ꝓpinquo, videlicet anno Dioclitiani 172, Christi vero 456, quo aureus numerus erat vnitas. Dionysius aūt abbas Rhomanus cōsimiliter cōposuit iuxta tamē canonē paschalē Alexādrinoꝝ cyclū magnū annoꝝ qngētoꝝ & trigītaduoꝝ: quē incepit āno Chrī dñi 532 in q̄ etiā numerus cycli decēnouenalis

fuit vnitas. Sunt deniq; complures prisci & neoterici quorũ nomina transeo, qui cyclum septuagintasex annos solares continẽtem ædiderũt, & editum apprime obseruant. Sunt nõ ambigo plures alij cyclorum compositores quorum nomina forte ad meam nõ venerũt cognitionẽ. Ex his nõnulli tria concludunt genera cyclorũ. primũ quod minimũ appellitãt vt est cyclus Hippoliti sexdecim annorum. Cycli Alexãdrinorum, Rhomanorũ, Hebræorum, Eusebij decemnouẽ annorum, Ptolemæi vigintiquinq; annorũ, Arabum triginta annorum lunarium. Alterũ medium ut est cyclus septuagintasex annorum: Cyrilli nonagintaquinq; annorum. Tertium genus vocant maximũ, ut est cyclus Theophili quadringẽtorum & 37 annorum, Cycli Prosperi, Victorini, Dionysij quingentorum & triginta duorum annorum. ¶ Tertio loco sciẽdum geminã esse causam q sacri paschæ celebratio a suo recto tramite, & a prima ecclesię institutione deflexit aut declinauit, secũdam discutiẽdam in aliud tẽpus seruamus, primã hic absoluemus, quæ quidẽ ortum habuit ex defectu & collapsu Rhomani Calendarij quo ad lunationes mẽsium, & quartasdecimas lunas paschales, quæ nõ semp eãdem sedem in Calẽdario obtinuerunt, sed diuturnitate tẽporum sedes mutauerunt & paulatim anticiparũt. Quo factũ est vt decursu tẽporis pedepssim huiusmodi sedium mutatio creuerit: & tandem maxima euaserit: vsq; adeo q nostra tẽpestate cũ luna ab ecclesiasticis prima pclamatur: vt plurimũ in cœlo cõspicetur quinta quãdoq; sexta. Prisci nãq; patres qui numeros cycli decẽnouenalis aut aureũ numerũ diebus mẽsium Rhomani Calẽdarij passim inscripserũt: quibus cõgressus luminariũ, nouilumiũ, incẽsionem, primationẽ aut neomeniam significarũt, conformes quidẽ tẽpore eorum cœlesti motui, & luminariũ cursui ꝯgruentes, arbitrati sunt hos numeros diebus mẽsium affixos in his fixas, inuariabiles & ꝑpetuas obtinere sedes in quo errauerũt & ecclesiã p eorum cyclũ decẽnouenalẽ fefellerũt. Et q̃d de memorato cyclo Rhomano inscripto disseruimꝰ de reliquis cyclis oĩbus supra cõmemoratis accipiẽdũ ẽ, q̃propter p indagatiõe paschalis celebritatis inutiles, fallaces & minime assumẽdi. quod de singulis hoc pacto manifestabimus. ¶ Arabes ab alijs habitati orbis natiõibus in annorum obseruatiõe discreti lunares dũtaxat annos custodiũt: posthabitis annis solaribus, q̃s (vt ita dixerim) ignorãt. Menses suo initiãtur semp a die cõiunctionis luminariũ: cõstituentes annũ lunarẽ ex duodenis mensibus mẽstruis, hoc est, ex diebus trecẽtis quinquagintaquattuor, adijciẽtes nõnunq̃ propter horas & minutias exuberantes aut supexcrescentes secũdo aut tertio anno diem vnũ, quẽ intercalarem aut hiperbolicũ vocant. Considerantes itaq; duodecim lunationes compleri in diebus 354: horis 8: minutijs 48: ædiderunt cyclum lunarem triginta annorum, eo q 8 horæ & 48 minuta vltra integros dies excrescentes non possunt exacte & plene per intercalationẽ dierum integrari: nisi in annis triginta, in quibus 11 dies intercalãtur. Quod si probare volueris, multiplica 8 horas exuberantes per 30: & prodibunt horæ 240, quæ cõstituunt dies decem quos serua. deinde multiplica 48: minuta exuberantia per 30, & colliges minuta 1440, quæ per 60 diuisa in quotiente relinquũt 24 horas, & nihil manet residuum. hæ 24 horę faciũt vnum diem naturalem: quẽ adde 10 diebus supra seruatis & colliges 11 dies & nullam horam: hos Arabes in 30 annis lunaribus intercalant: quibus cyclus eorum completur. Modus autẽ intercalandi is est: quoties horæ exuberantes duodecim horas excedũt: diem vnum anno adijciunt. Quare secũdum annũ intercalarẽ faciunt. Similiter quintũ, septimũ, decimũ, tertiumdecimũ, sextũdecimũ, decimũoctauũ, vigesimũprimũ, vigesimũquartũ, vigesimũsextũ & vigesimũnonum. hos nãq; omnes ex 355 diebus conficiunt: reliquos dũtaxat ex 354. Hæc Arabum supputatio supponit duodecim lunationes perfici diebus 354: horis 8: minutis 48. sed vltra hæc 48 minuta res pauxillæ superabũdant, quæ 30 annis Arabum completis iuxta Aphonsinas tabulas faciunt minuta 18, secunda fere 18: huic lunari cyclo addenda. ¶ Hi anni Arabũ, is eorũdem cyclus Rhomano Calẽdario inscribi nõ possunt: neq; idonei p paschæ indagatione, admiror vehemẽter Petri Aliacẽsis

C

D

E

Cardinalis doctrinā qui in tractatu de correctione Calendarij Rhomani ingenti labore conatus est cyclū lunarem Arabū reducere ad annos solares a Christi natiuitate numeratos, quē ad sancti paschæ celebrationē vtilem esse cēsuit, nō dico somniauit. qui nullo pacto ad hoc idoneus ē, sed ecclesiæ penitus inutilis. Nam cū oēs huius cycli anni sint pure lunares: nullū mensem embolismū admittētes, neq; vllā habentes æquinoctij rationē, quod tamē iuxta legem diuinā summope in pascha custodiri debet, profecto hi anni pro paschæ celebratione inhabiles iudicātur. Præterea ecclesia semp custodiuit ānos solares a Iulio Cęsare institutos, quare difficillimū foret ecclesiæ dimittere ānos solares & adhęrere annis lunaribus. Accedit q; hi anni lunares rhomano calēdario cōuenienter inscribi nō possunt, ppter intercalationem bissexti a Rhomanis obseruatā, & licet verū sit: q; cōiunctiones & oppōnes mediocres luminariū post triginta ānos lunares reuertant ad eandē horam & minuta dūtaxat 18 minutis: & 18 secūdis adiectis, minime tn̄ redeunt ad eūdem diem anni solaris. Qz si arithmetica supputatiōe expiri volueris: hoc mō opare. In vno anno lunari Arabū (vt pdiximus) continētur 12 lunationes, quaꝝ vna cōplectitur dies 29 horas 12: minuta 44. secūda 3: tertia 3. sumito igitur hoc tēpus vnius lunatiōis duodecies, & cōgregabis vnū annū Arabū: sc; dies 354: horas 8: minuta 48. secūda 36: tertia fere 36. hoc tēpus vnius anni sume tricies, & colliges dies 10631: horas 0: minuta 18. secunda fere 18. hos dies partire p dies vnius anni solaris cōmunis, id est, p dies 365: & videbis in quotiente annos 29 solares cōes, & in residuo dies 46. sed quia in 29 annis septē anni bissextiles cōphendi debēt, reijcito a 46 diebus residuis 7 dies: & remanent 39 dies: ho. 0: minu. 18. secūda 18. & per hmōi reiectionem 7 dieꝝ cōstituisti 7 annos bissextiles in numero 29 annoꝝ pdictoꝝ, qui ātea omnes fuere solares cōmunes. Ex his infer, q; cōiunctio aut oppositio luminariū tibi a quopiā oblata: Arabibus cyclo eoꝝ triginta annoꝝ cōpleto redibit cū additamēto tamē (vt sæpius monuimus) 18 minutoꝝ: & 18 secūdarioꝝ. tibi aūt reuertet post 29 annos solares, & post 39 dies: supposito q; 29 āni habeāt dūtaxat 7 ānos bissextiles: aut (vt sæpius accidit) post 38 dies, si in 29 annis 8 anni bissextiles repti fuerunt. Quo igitur pacto potest aliqua lunatio primi mēsis, aut oppositio aliqua paschalis, q̄ cōpleto cyclo Arabū ipsis reuertet, & tibi minime redibit nomē lunationis primi mēsis, aut opponis paschalis obtinere: cū primi mēsis paschalis lunationē aut oppositionē paschalē sequitur, mō 39 diebus, modo 38: & cadit in mensem huic rei inconuenientem & prorsus inhabilem. ¶ In exemplo facile capies: Anno Christi domini 1523 futuro, oppositio paschalis iuxta medium cursum erit die 31 Martij: hora 0 mi. 4. secūda 14 post meridiem, pro lōgitudine Tubingensi. & dominica sequente sc; quinta die Aprilis celebrabitur pascha iuxta vsum Rhomanæ ecclesiæ & decreta sanctoꝝ patrū. hæc oppositio cū suo additamēto cōpletis 30 annis lunarib⁹ Arabibus redibit. Triginta autē annis Arabū (quemadmodū paulo supius docuimus) respōdent 29 anni solares. addo igitur numero annoꝝ Christi supra oblato 29. & pdibūt anni Christi 1552: scrutabor pterea an oppositio paschalis iā supra pposita anno 52 futuro in Martio sit reditura: & per astrologicā supputationē addisco oppositionē Martij anni 52 euenturā die 9 Martij: horis 22: minutis 54: secundis 26 post meridiē. quocirca palā concludo memoratā oppositionē paschalē anni 23, neq; in dieb⁹, neq; horis, neq; horaꝝ fractiōib⁹ anno 52 reuersurā. Immo hęc oppō āni 52 iuxta vsum ecclesiæ nō pt esse paschalis. quia pascha die 17 April' celebrabit. sed qa in 29 ānis iā additis erūt 8 āni bissextiles. q̄re si a die 31 Martij anni 52 nūerauero dies 38: incido in octauū diē Maij quo reuertet oppō paschalis supra oblata, hora 0. mi. 22. secūda 32: distās a priori paschali dūtaxat min̄. 18. & secūdis 18. In eo aūt āno Christi 52 erit aureus numer⁹ 14: lr̄a dn̄icalis b. Celebrabit igit reuerēdissim⁹ dn̄s Cardinalis Petrus lętissimū pascha die 15 Maij, cū vniuersalis ecclesia intonabit Cantate domino cāticum nouum. Nunquid lex quæ vetuit pascha secūdo mense pagi: eadē tertiū mēsem minime admisit: Ecce cū cyclus Arabic⁹ se min⁹ cōgruentē Chriano paschę

F

celebrando cõperit: alas nectit: & mihi dixit: Vale mi Ioannes, nam concito volatu natiuũ repetã solum: & his verbis ab oculis elapsus ẽ. ¶ Eo igitur cyclo derelicto ad Ptolemaicũ stilum dirigã, sciendũ est q̃ anni solares geminã hñt differentiã: quibus diuersi cycli lunares accõmodãtur. Alexãdrini eñ & Rhomani conflarunt annũ solarẽ ex diebus 365 cũ quadrante, quo quater collecto anno quarto diẽ vnũ in Februario intercalarũt. Huic anno & eius calẽdario cõpetit cyclus lunaris decemnouenalis, de quo in subditis dicemus. Persæ, Chadæi, prisci Ægyptij solarem annum cõstituerunt ex diebus 365 sine quadrante. & huic anno conuenit cyclus solaris 25 annorũ quẽ Ptolemæus libro sexto cõpositionis maioris descripsit. de q̃ paucula meminisse iuuabit. Ptolemæus libro p̃dicto tres ædidit tabulas, quas differentias appellauit, quas ad meridianũ Alexandrinũ & ad æram Nabuchodonosaris ordinauit. quarũ vna cõiunctionibus luminariũ in annis collectis inseruit. Altera oppositionibus in annis collectis. Tertia cõmunis tam cõiunctionibus q̃ oppositionibus in annis expansis. Annos collectos per 25 currentes ab vno in 1101. expãsos aũt ab vno in 24 digessit. vbiq̃ priscos annos ægyptiacos assumens. Hic p̃terea cyclus optime cõgruit calendario ægyptiorũ & tempori lunationũ, quod si exercitio pulchro experiri volueris negociũ hoc modo adito 25 anni ægyptiorũ veterũ continent dies 9125: & cõplentur in eis lunationes 309 quæ ẽm astronomicũ computum cõstant ex diebus 9124: horis 22: minutis 51: secũdis fere 42, reuertũtur igit lunationes om̃es post 25 annos in eũdem diem in quo prius factæ fuerũt iuxta ægyptiorum calẽdarium anticipantes dũtaxat ad horam 1: minu. 8. secunda ferme 18. In hoc distat calendariũ Alexandrinorũ ab calẽdario priscorũ ægyptiorũ. quia Alexandrini quarto semp anno intercalabãt die vnũ, sed prisci ægyptij nunq̃. ¶ Is cyclus haud quaq̃ cõgruit pro paschæ celebratione. nam ecclesia semp seruauit annos bissextiles, quibus seclusis æquinoctiũ vernũ paucis annis euariaret sedem suã in mẽsem pro paschæ celebratione minime habilẽ. Nam in 364 vl' circiter æquinoctium vernũ decẽbrem adiret paschæ celebrationi om̃ino incongruũ. Preterea cõferendo annos priscorũ ægyptiorũ bissextilem excludẽtes, ad annos nostros bissextilem admittentes dilucide infertur, cõiunctionẽ aut oppositionẽ luminariũ cuiuspiã anni oblati, elapsis annis 25 anticipare sedẽ suam in nostro calẽdario ad plures dies ergo incõgruentes pro primi mensis, lunæ quartædecime paschalis aut sacri paschæ idagatione. Quod vt clarius videri possit vnũ de innumeris adijciã exemplũ. Repeto oppositionẽ paschalẽ supra in litera F ad annũ Christi 1523 oblatã: q̃ incidet fere in meridiẽ diei 31. Martij. Hæc cõpletis 25 ãnis sc3 anno Christi 1548 anticipabit sedem suam ad septem fere dies. fiet eñ die 24 Martij ante meridiẽ per vnã p̃pemodũ horã. Et sic circiter annos 125 Martiũ relinquet & Februario copulabit. Ecce palã cognosces hunc cyclum p̃ paschę inquisitione minus esse idoneũ. Neq̃ eñ Ptolemęus cyclum suũ huic negocio aptauit, qui neq̃ Christi nostri fidẽ, neq̃ christianũ pascha cognouit. ¶ Ad imbecillitatẽ cycli decẽnouenalis Alexandrinorũ, aut lunaris decẽnouenalis Rhomanorũ nũc me cõuerto. Contuendũ igitur q̃ prisci rhomani & græci lunares ãnos obseruarũt, q̃s p̃ embolismos ad solares reduxerũt. sed Alexandrini & Rhomani iuniores per Iuliũ Cæsarem edocti solares annos cũ intercalatiõe quarto ãno receperũt. Cyclus quidẽ decẽnouenalis Alexãdrinorũ, aut lunaris rhomanorũ inter alios minores magis ad tẽpus cõgruit motui cœlesti & calẽdarijs memoratorũ, quod sic manifestari potest. Supposito anno solari Iuliano cõtinẽte 365: dies cum quadrãte, hoc est, sex horis, Decẽnouem anni solares Iuliani, aut decẽnouẽ reuolutiões solares Iulianæ cõtinent dies 6939, horas 18. In his annis fiunt lunationes 325, annis lunaribus duodecim cõmunibus & septẽ embolismicis rite numeratis, quæ quidẽ lunationes iuxta exactam astrologicã supputationẽ in se tenẽt dies 6939, horas 16, minuta 31, secunda 56, tertia 45. Compara ergo hos numeros inuicẽ, & videbis eos propemodũ æquari. quare p̃pter conformitatẽ (vt dixim') cycl' Alexãdrinorũ & rhomanorũ magis p̃gruit cœlesti cursui & calẽdarijs p̃dictorũ.

¶ Est tamē numerus dierꝝ, horarꝝ, & fractionū lunationū minor numero dierū & horaꝝ ānoꝝ solariū Iulianoꝝ, q̄propter subtracto numero lunationū minori a numero dierū & horaꝝ annoꝝ solariū remanēt hora 1. miñ. 28. secūda 3. tertia 15. In eo igitur tpe anni lunationū 19 annoꝝ lunariū minores sunt 19 annis solaribus Iulianis. Quo fit q̄ cōiunctiones & oppositiōes luminariū mediocres oēs in 19 ānis solaribus Iulianis sedes suas anticipāt per horā 1: minuta 28. secūda 3. tertia 15. Verbi gratia, esto q̄ cōiunctio anno quopiā cadat examussim in meridiē cuiuspiam diei, lapsis 19 annis solaribus Iulianis hæc cōiunctio fiet ante meridiē ꝯm quātitatē iā dictā tpis: sc3 hora 10: minuto 31. secūdo 56. tertio 45. Huiuscemodi aūt āticipatio paucis annis dñis computistis ferme insensilis fuit: multoꝝ aūt annoꝝ successu paulatim sensilis ē reddita. Crescit nāq3 talis modi anticipatio in ānis solaribus 304 fere ad diem vnū, hoc ē ad horas 23. minu. 28. secūda 52. tertia 0. Quod hoc mō deduci potest: Decēnouem āni solares sumpti sexdecies faciunt annos 304. quare si sexdecies acceperis tēpus vnius anticipatiōis, hoc ē sexdecies 1 horā, sexdecies 28 minuta: & sic de cæteris colliges horas 23: minuta 28: secūda 52: tertia 0. ¶ Ex his facile infert̄ in annis 608 cōiunctiones & oppōnes sedes suas āteriorare ad duos fere dies. Quare tpe Bedæ vt ipse testat̄ hæc anticipatio aliquātulū apparere incepit & errorē in luna quartadecima paschali indicare. cōtigit eñ nō nunq̄ vt noua luna videret̄ biduo antē q̄ ab ecclesiasticis denūciaret̄ prima. verū quia error adhuc fuit modicus & accidit circa finē cycli decēnouenalis cū iam saltus lunæ inserendus esset: quare tolerarūt errorē. Quo factū est vt per cōtinuū incremētū iam manifestarius sit factus & intolerabilis, ita vt a primo anno post Nicēnā synodū vsq3 in annū Christi 1539 in q̄ cōplebūtur 64 reuolutiones solares decēnouenales, aut 16 cycli 76 annoꝝ, hoc est 1216 anni, & bissextilitas ad integros reducetur dies & nil ingeret diuersitatis, iuxta astrologicā supputationē, mediocrē cōiunctionē & oppositionē fiet anticipatio ad dies 3: horas 21: miñ. 56. Sed q̄ ex Calēdario Alexādrino aut Rhomano a Dionysio cōposito hmōi anteriorati ad quinq3 aut fere 6 q̄nq3 ascendit dies: nō est dignum miratu, quia numeri cycli decēnouenalis aut aurei numeri nō semp his Calēdarijs sunt inserti ꝯm astrologicū computū, sed iuxta alias rationes priscoꝝ, de quibus supra ꝑpositione 34 in literis A a abūde diximus. ¶ Præterea infert̄ q̄ in ānis 2432 crescet hæc anticipatio ad dies 7 horas 19 miñ. 52, & cū iuxta calēdaria p̄dicta denūciabitur luna dña noctis prima, erit fere octaua, & in cœlo supauit quadraturā primā & rectius post dichotomos q̄ prima denūciaretur. Et quid pluribus moror tpis successu luna cōstituetur quartadecima cū calendaria primā indicabunt, & rursus cū quartadecima ex calēdarijs intimabit̄ erit ipsa synodica in cœlo. Et nostra tēpestate cū ecclesiastici proclamāt lunā primā, in cœlo apparet quarta habēs cū fratre suo radiationē hexagonā. Et cū quartadecima aut Panselenos intimatur: in cœlo cōspicitur decimanona aut vigesima. Et iterū vigesimaprima ꝓclamata, in cœlo est vigesimaquinta aut vigesimasexta. Et si hic error nō emēdabitur decursu tēpoꝝ peragemus pascha in plenilunio, sed de his plenius in sequētibus. Habetis nūc candidi lectores huius fallaciosi cycli decēnouenalis fragilitatē, impfectionē, istabilitatem, quē eius authores firmū, incolumē & chalybē fecerunt, per quē Rhomana ecclesia in plures annos decepta, deflexit sæpius a vera paschæ celebratiōe modo septē diebus tardius celebrādo, mō luna vigesimasecūda vsq3 in vigesimāsextā contra legem diuinā, & sanctiones ac decreta sanctoꝝ patrū. Quare vna mecū rogo hunc cyclū eijcite, explodite, & ad suos authores primarios Alexādrinos plurimis alijs erroribus inuolutos abigite. Abi igitur ac fugā matura, nō tibi ē aliquod in sacrū pascha imperiū. ¶ Vt ordo ꝑpositus seruetur ad cyclos Hebræoꝝ nūc propero. pro quibus aduertendū q̄ Hebræi ex anno solari & lunari quandā fecerunt mixturā, quia annos lunares p mēsem embolismicū anno tertio vel secūdo ꝓut negociū expostulat superadditū ad solis cursum reducūt. quæ quidē intercalatio & reductio necessaria fuit hebræis ꝓpter obseruationē paschæ quod in mēse vernali qui ipsis Nisan vo

(Margin letters: L, M, N)

catur celebrari pcipitur. si eñi hmôi intercalatio negligeret in mêse alio æstati, autũ no aut hyeme dedicato pascha celebrari cõtingeret. Qz si Hebræi eo℞ cyclũ lunarẽ decẽnouenalẽ quẽ minorẽ appellãt fixũ & stabilẽ faciũt, queadmodũ supra de Alexandrinis & Rhomanis cyclis diximus, pfecto abijciẽdus & relinquẽdus ẽ: put supra plane pbauim⁹. Sin nõnullis ãnis lapsis eũdem renouãt, aut potius aliũ fabricãt: nõ habebit nomẽ cycli, id ẽ, orbis aut circuli eo φ neomeniæ & plenilunia sep anticipationẽ euariãt, vt supra vbertim ostẽsum ẽ. Aliũ hñt pterea hebrei cyclũ quẽ magnũ aut cyclũ festo℞ nominãt: cõstantẽ ãnis ducentis q̃dragintaseptẽ. quia post hũc anno℞ decursum omnia legis festa redeũt ad pristinũ statum in quo prius celebrata fuere, & post tot annos (vt ipsi autumãt) reuertunt̃ luminariũ cõgressus ad eãdẽ feriam & eandẽ ferme horã: in qua prius acciderãt. Qz si Hebræi loquũtur de annis solaribus male loquũtur. nã ille cyclus magnus cõtexitur ex tredecim cyclis decẽnouenalibus. sed supra pbauimus φ vno cyclo decẽnouenali lapso cõiunctiões & oppões anteriorãt se ad horã 1: miñ. 28. secũda 3, & ex cõsequẽte in tredecim cyclis decẽnouenalibus anticipãt ad horas fere 19. quare & hic cyclus pter suam euariationẽ indignus ẽ p vera paschæ celebratiõe. relinquẽdus ẽ igit̃ hic cyclus & eius authores verpi. quia (verbis Christi vtor) cæci sunt & duces cæco℞. ¶ Hippolitus eps supputator egregius tpe Marci Aurelij & Alexãdri Rhomano℞ impatorũ ædidit cyclũ paschalẽ: quẽ cyclũ sexdecim anno℞ vocãt. Is nõ est cyclus aut reditus lunaris cursus vt facile deduci posset: neq3 cõiunctionũ & oppositionũ luminariũ, cũ in tot ãnis ad tres fere distent dies. sed cyclũ paschæ esse voluit: eo φ post sextũdecimũ annũ pascha redit ppe ad diem q̃ ipm prius fuit celebratũ addito nõnunq3 die vno, nõnunq3 q̃ttuor, nõ nunq3 octo, cyclus is laboriosus ẽ: nil certi hñs q̃ remissũ facio. Et venio ad cyclũ Eusebij cęsariensis decemnouẽ anno℞ qui nostro negocio inutilis ẽ, queadmodũ supra de cyclo Alexãdrino℞ & Rhomano℞ demonstrauimus. ¶ Deinceps Theophilus Alexãdrinus antistes sanctis pceptis Theodosij magni obtpare volens, cyclũ magnũ digessit: integratũ annis q̃dringentis trigintaseptẽ cõphendentẽ cyclos decẽnouenales tres & viginti. Animaduertẽs aũt Theophilus, post quaslibet vigintitres reuolutiões decẽnouenales redire eundẽ aureum numerũ: & eandẽ ppemodũ lrãm dñicalem, dixit magnũ hunc cyclũ cõstare ex annis q̃dringentis trigintaseptẽ: facta multiplicatione 19 in 23. verũ pter ãnos bissextiles vna reuolutione cõpleta sequẽtes, nõ coincidentes cũ bissextilibus ipsius cycli in lrã dñicali inquirẽda cautelas addidit: quas trãseo. Sed φ asseruit cõiunctionibus & oppõnib⁹ stabiles sedes: & easdẽ cyclo cõpleto redituras, se christianissimũ Theodosiũ, & rhomanã ecclesiã fefellit: & in errores intolerabiles iniecit. Quod facile cognosces si ea q̃ supra de anticipatiõe vnius reuolutiõis decẽnouenalis pbauimus: recte didicisti. Colliges eñi in annis q̃dringentis trigintaseptẽ cõiunctiões & oppositiones suas sedes euariare ad diem vnũ: horas fere 10: quare nullã paschæ celebrando Theophili cyclus normã pstabit. Quapropter hic cyclus cũ in errores nos mittit: nobis & negligẽdus & fugiẽdus ẽ. ¶ Ad sanctũ ergo patrẽ Cyrillũ psulẽ Alexandrinũ, Innocẽtij tertij taxatorẽ auste℞, defensorẽq3 patrui sui Theophili, ad eius cyclũ ac miracula aut pdigia nũc reuerẽter accedo. Is nouũ cõscripsit cyclũ paschalẽ: nulla tñ in canone aut terminis Theophili facta mutatione. sed cyclũ quẽ patruus ex quadringẽtis & trigintaseptẽ annis cõfecerat: ipse in nonagintaquinq3 annos abbreuiauit, eo φ post quoslibet nonagintaqnq3 ãnos pascha redit eodẽ mõ & ordine q̃ prius celebratũ fuit. subtracto interdũ vno die pter bissexti intercalationẽ. Rationẽ addidit, φ post tot ãnos lunationes primi mẽsis, lunæ quartædecimæ paschales reuertant̃ ad eosdẽ dies, horas & momẽta in quibus prius fuerũt. ¶ Obsecro sancte pater & psul pietissime benignas mihi pbeaures: & vt paucis alloquar fa ueto, ait perge vt lubet, si quid habes pponito & me benignũ auditorẽ ac collocutorem habebis. Dixi. Nũquid pater sancte anni tibi sunt solares cũ suis quadrãtibus? Respõdit certũ habeto me & ãtecessores meos hmõi & obseruasse & hodie obser

O

P

Q

R

uare. Subinde quæsiui: eruditissime supputator, q̃t dies cõtinent ãni nonagintaqn q̃ cycli tui, diebus bissextilibus & q̃drãtibus cõnumeratis? Paululũ defixo visu ait: cõtinent dies 34698, & horas 18. Addidi certior reddi cupio: q̃t his annis nonagintaquinq̃ rñdẽt lunationes? Breui cõputo habito sanctus p̃sul inquit 1175. Rursus subiũxi suppono lunationẽ vnã cõtinere dies 29. horas 12. miñ. 44. secũda 3, & tertia 3. Respõdit facile assentior in id q̃d oẽs approbant. Dic ergo pater sancte: q̃t dies horas, & fractiones cõtinent 1175 lunationes? Mox in manũ sumpsit abacũ supputatoriũ: & arithmetico exercitio inuenit dies 34698, horas 10, miñ. 39, secũda 44. dixi recte numerasti diue pater. Cõfer ergo aiebã numerũ dieꝵ & horaꝵ nonagitaqnq̃ annoꝵ, ad numerũ dieꝵ, horaꝵ & fractionũ lunationũ rñdentiũ. Rñdit factum puta. Subiũxi. sunt ne hi numeri similes? Ait in diebus sunt assimiles in cęteris dissimiles. minor nãq̃ est numerus horaꝵ lunationũ: nũero horaꝵ nonagintaqnq̃ ãnorũ. Mox addidi. Rogo pater sancte subtrahe minorẽ numeꝵ a maiori & residuũ mihi indica. Dixit lubẽs faciã, ecce pacta subtractiõe residuo horas 7, minuta 20, secũda 16. Dixi hoc est antistes amplissime qđ ex ore tuo audire optaui. ergo vno cyclo tuo nonagintaqnq̃ annoꝵ cõpleto principia lunationũ, hoc ẽ cõiunctionũ luminariũ, & lunarũ quartarũdecimaꝵ, hoc ẽ, oppositionũ ad tot horas, minu. & secũda a prioribus distant. Cogor ait assentiri nimiũ credulus fui Theophilo patruo meo qui cyclũ suũ ex priscis Alexãdrinoꝵ & Ægyptioꝵ cyclis exactissimis se excerpsisse asseruit. Tũ dicebã cõfiteberis etiã diue pater: quattuor cyclis tuis, hoc ẽ, trecẽtis octoginta ãnis cõpletis, in q̃bus redeunt oẽs diuersitates ex intercalatiõe bissexti cõtingẽtes, crescet cõiunctionũ & oppositionũ anticipatio ad diem 1, horas 5, minuta 21, secunda 4. quapropter nostro tpe quo collocuti sumus ad 4 fere dies anticipasse vt cõcedas effugere haud potes. Ille suffusus ore rubore, capite in terrã demerso assentio inquit omi huic supputationi. Nã inter mathematicas disciplinas Arithmetica nulla certior. Adieci præterea q̃ si forsan pater venerãde obieceris: numeris astra cogi non posse: ecce expimento docebo te: astra in nostro negocio, & definitã supputationẽ ex te elicitã cũ astris optime cõuenire & exacte q̃drare. Appone igit̃ senissime pater oculis cõspicilia: & suspice cœlum cũ tuus cyclus lunam cũ sole coire indicat: & videbis eam cornua splẽdida assumpsisse: & quattuor ferme ætatis dies aut quinq̃ cyclo tuo cõdonante cõpleuisse. Et rursus inspice cœlũ: & vbi iuxta cyclum tuũ lunam quartãdecimã pleno orbe videre autumas: iam mutilato orbe lunam decimãnonam aut vigesimã cõspectabis. Corruet igitur nostra tempestate id quod cõtra Rhomanũ põtificem Innocẽtium tertium assumpsisti, cum dixisti: Ita ẽm lunam quartam decimã in cœlo videri vult Theophilus vt pleno orbis sui circulo eodem momẽto oriatur quo occidit sol. Ecce in tua luna quartadecima cui tu & Theophilus fixam cõcessere sedem: sole iam occaso in pluribus horis nõdum luna oritur. & cũ exorietur non pleno orbe, sed deficiẽte & decrescente intueberis: sed de his satis. ¶ Nunc ad miracula & p̃digia tua quibus cyclũ tuum & Græcorũ sectatorum cõfirmare: & Latinorũ cyclum extinguere conaris me paucis cõuerto. Anno gratiæ 417 cum Zozimus ecclesiæ Rhomanæ præesset orta dissensiõe inter Latinos & Græcos quemadmodũ supra p̃positione 35 litera F disseruimus, cõtenderunt Latini pascha celebrãdum 8 Calen. Apriles, hoc ẽ, vigesimaquinta die Martij. Contra Græci id celebrari affirmabãt 10 Calen. Maij, id ẽ, vigesimasecunda die Aprilis. Tu pater Cyrille miraculis Latinos repellere, & Græcos admittere laborabas. Nã cum iuxta morem primeuæ ecclesiæ paruuli & proselyti in die paschæ baptisarẽtur, accedẽtibus latinis ad baptisteriũ 8 Calen. Apriles quo die pascha celebrabant: aquã in baptisterio nõ inuenerũt: quare qui venerãt baptizandi nõ sunt cõsecrati. sed Græcis veniẽtibus 10 calendas Maij, fons sacer hora cõpetente sponte repletus est aqua: & baptizandi cõsecrati abierũt. Ecce diue pater prodigio Latinos superasti, quos ratiõibus supare nequiueras. sed ausculta parũper sancte sacerdos. Esto p̃ hypothesim: q̃ sacrũ pascha per summũ põtificem & cœtum cardineũ, aut p̃

Lateranēse cōcilium nuper celebratū latinis (vt omēs sperabamus) iuxta decreta & sanctiones Rhomanorꝫ pontificū & sacrorꝫ conciliorꝫ sit reformatū: quod quidē pascha tu & antecessores tui ꝑ vestros cyclos, a recto tramite, in magnum erroris la queū inuoluistis. sed tu vt Alexādrinus p̄sul, immo patriarcha in tuo cyclo stabili & chalybe durabis. post admissam hypothesim tibi & tuis sequacibus græcis in ex emplo loquar. Anno Chrī domini 1521 tu & tui cyclo tuo iudicāte celebrabitatis pascha quinta die mensis Pharmuthi, hoc est, trigesimaprima die Martij. Latini & ego latinis adnumeratus celebrabimus die quarta & vigesima Martij, hoc ē, vigesimaoctaua die mēsis Phamenoth. Ego sacerdos tibi nō dignitate, sed in tēpore paschæ prælatus vigesimaquarta die Martij quo latini pascha celebrabunt: baptizandi gratia baptisteriū adibo: ecce (si saltem pascha prodigijs stabiliēdum est) baptismatis fons sese replebit: & paruuli baptizati adibūt. Nam ego iuxta decreta summorū pōtificum, sacrorū cōciliorꝫ, & nuperā reformationē paschæ factam cuncta obser uo. puta æquinoctiū vernū, lunam quartamdecimā post æquinoctiū, debitos limi tes, scꝫ lunam sextamdecimā, & diem dominicū. ergo deus (vt spero) mihi custodiē ti omes sanctiones sui sanctissimi paschæ & resurrectionis ꝑpitius aderit: qui veros hominis gressus dirigit semꝑ. Tu vero sacerdos & pontifex pascha trigesimaprima Martij celebrabis accedēs baptisteriū vacuum sine fonte offendes, & baptizandi vt venerant reuertētur. Nam pascha cōtra legem diuinā, omniū patrū sanctiōes & de creta luna vigesimatertia erronee celebrabis. sed deꝰ opt. max. fugit errores, & gressus hominis ꝑuersos. Ecce pater sancte, Græcis pascha quondā (vt asseris) miraculo est confirmatū: nunc cōtra latinis stabilietur. Qꝫ Pachomio monacho tuo per āgelicam reuelationē paschæ sancti celebrationē factam inter prodigia recēses: possibile credo. sunt em̄ angeli (diuo Paulo teste) administratorij spiritus in ministerium missi, ꝑfecto si tuus Pachomius in vitā rediret: prisca charta paschæ (quā angelicam autumas) abiecta, ab angelo nouā nō tuo cyclo: sed cœlesti motui consentaneā efflagitaret. Et si iuxta Persici lapidis cādorem pascha celebrandum coniectas: profecto cum tu neomeniā iuxta cyclum tuū in lapide inuenire arbitraris: candor lunā quartam aut quintā ostēdet. Et cum cādoris plenū quæsieris orbem cyclo tuo deceptus decrescētem cādorem dies decemnouē aut viginti ætatis lunæ pręse ferentē intuebe ris. Ecce diue pater cum cyclo tuo & miracula tua corruerūt: Vale igitur venerande præsul: & pro me deū ora. ¶ Iamiā accelero ad cyclos magnos quos nostri neoterici maximos appellāt: horꝫ patrū Prosperi Aquitanici antistitis Rhegini, Victorini Lemonicēsis, & Dionysij abbatis Rhomani cognomēto exigui: & quia hi tres cyclos suos eodem annorꝫ numero cōcludunt: spero vno victo me reliquos vicisse. Cum Dionysio igiť Rhomano digladiabor: hic circiter annū domini 532, Victorini & Latinorꝫ de paschæ celebratione cōscripta reprobauit atqꝫ cōfutauit, & Alexandrinorꝫ p̄cipue Theophili in vsum reuocauit: cyclumqꝫ decemnouenalē paschalem Theophili Alexandrini Rhomano calēdario inscripsit, queādmodū in p̄cedētibus ꝑpositionibus vbertim ostēsum est. Idem Dionysius (& ante eum Prosper, & Victorinus, & forte nōnulli alij qui rationē paschalem cōscripserunt) animaduertens celebritates paschales redire (vt ei videbatur) semꝑ eodem cursu quo prius obseruatæ fuerant: post annos 532: collegit in vnū fascem duos cyclos Theophili videlicet & Cyrilli: & ex eis vnum cōposuit, eo ꝙ in tot annis reuertūtur ad suū principium omēs varietates ex cyclo decēnouenali & bissexto cōtingentes. Nam cū anni cycli decēnouenalis sint 19: & anni cycli solaris (qui bissextos æquat) sint 28. si hi duo numeri inuicē multiplicenť, ꝑdibit inde numerꝰ ānorꝫ 532. Si etiā iunxerimꝰ simul cyclum magnū Theophili qui annis 437 ꝑficitur: cum cyclo magno Cyrilli qui an nis 95 integrať: cōsurget inde numerus annorꝫ 532: ex quibus cōflatur cyclus magnus paschalis Dionysij. Cum em̄ varietates ex quartadecima luna cōtingentes dependeant ex cyclo decemnouenali: & diuersitates ex bissexto & litera dominicali ꝑueniètes dependeant ex cyclo solari, palam erit: si vnius cycli anni multiplicētur in S

annos alterius cycli redibūt post tot annos ex multiplicatione procreatos diuersita
T tes oēs ex discrepātia cyclorꝫ cōtingentes. ¶ Incepit autē Dionysius cyclū su
um tēpore Iustiniani Impatoris anno Christi domini 532, in quo aureus numerus
fuit vnitas, 9 numerus cycli solaris, d c literæ dñicales. & stāte supputatione anno
rum Christi vsu habito post tot ānos completos redibūt, nisi vniuersalis ecclesia ali
ter ordinauerit. Hic cyclus Dionysiacus a Rhomana ecclesia in hunc vsqꝫ diem est
custoditus. Vt autē neminē lateat quantū hic cyclus magnus (nā de imbecillitate cy
cli decēnouenalis eiusdē supra in litera I satis dictum ē) a patrū decretis discrepet: &
quāto diutius ab ecclesia obseruatus aut toleratus fuerit, tāto in maiorē errorem in
ducet, quādoquidem vsqꝫ in hanc nostrā tempestatē in paschæ celebratiōe ad dies
modo 7, modo 28, modo 35 sæpius nos errare fecit: quemadmodū in sequētibus
ꝓpositiōibus demōstrabimus. Animaduertēdum igit̄ hic Dionysius ecclesiæ toti
us erroris ansam præbuit & causam ꝑstitit. primo in eo, etsi diuino zelo accēsus vt
impijssimi Diocliciani memoria deleret̄ & aboleret̄: Christianæqꝫ salutis exordium
elucesceret: induxit tēporꝫ supputationē ab anno incarnatiōis verbi dei sumēdam.
In quibus tamē annis numerādis ipsum errasse a cōpluribus ꝓbatur. De quo Sigis
bertus monachus natione gallicus in cronica sic scriptum reliquit. In cyclo magno
Dionysij rep̄hensibile videt̄ ꝙ in ānis dominicæ incarnatiōis ei incōsiderate p̄scri
ptis discordat a veritate euāgelij in āno dominicæ passionis. Et idem Dionysius po
suit natiuitatē Christi 21 anno tardius ꝙ̄ debuisset. Quare Renherus egregius sup
putator cyclum aut tabulā Dionysij dicit esse facilē & erroris plenā. Et ego memi
ni me legisse in vetusto quodā libro, de quo in sup̄ioribus mentionē feci, & autu
mo esse verba ex cōputo Sigisberti excerpta, sic. Dionysius abbas Latinorꝫ errorē
vel ignorātiam nō ferens, cyclū magni anni cōposuit, qui ad omnē rationē pascha
lis cōputi omino vtilis, ꝑ quingentos trigintaduos ānos ab æuo in æuū sine erro
re reuoluit̄ in seipsum. Qui licet a cūctis recipiatur: tamē in eo rep̄hēditur, ꝙ in ānis
præscriptis dominicæ incarnatiōis incōsiderate discordat ab euāgelica veritate. Et
in eodē libro legi. Si tabula Dionysij est vera, necesse fuit dominū nostrū ad trede
cim annos vixisse: aut vltra ducētos quinquaginta. Alij taxant Dionysiū in suppu
tatione annorꝫ Christi dūtaxat in ānis duobus, sed de his satis. ¶ Secūdo in eo er
V rauit ꝙ æquinoctijs & solstitijs stabiles & fixos in diebus mēsium assignauit dies,
de quo errore in sequēte ꝓpositione tractabimus. Tertio euidēter errauit in eo ꝙ cō
iūctionibus & oppositiōibus luminariū in Calēdario Rhomano & suo magno cy
clo firmas sedes deputauit. Et licet hūc errorem satis supqꝫ in sup̄ioribus cyclis re
probauerimus atqꝫ cōfutauerimus, in p̄sentiarū tamen in modū breuissimi dialogi
colloquemur. Io. Dionysij vir in mathematicis doctissime, latina & græca lingua
nō ignobiliter ꝑdite, num & calēdariū tuū quod Rhomanū appellitamus: & cyclū
tuū magnū ex calēdario & cyclis Alexādrinorꝫ excerpsisti? Dio. excerpsi. Io. & pri
mo anno inceptionis cycli tui & Alexādrinorꝫ vnitas fuit aureus numerus. Dio. re
cte asseris. Io. Fuit hæc vnitas affixa vigesimotertio diei Ianuarij Calēdarij Rhomani
aut vigesimooctauo Tybi mēsis Alexādrini, lumīariū cōgressum significās. Dio.
optime dicis. accidit em̄ eo die anno primo post Nicēnā synodū sup meridianū vr
bis Romæ post meridiē horis 3, minutis ferme 56. Io. Quā pulchre certiorē me red
didisti de cōgressu luminariū definito tēpore. de quo iam animo cōceperā sciscita
ri. Placet cōsummatissime rerū astrologicarū supputator retrocedere ad annos icar
nationi Christi domini ꝓpinquos. Dio. Retrocede vt lubet. Io. Num āno Chr̄i do
mini 19 fluēte vnitas etiā fuit aureus numerus? Dio. Nō eo inficias. Io. Supputa ob
secro luminariū cōgressum ad mēsem Ianuarij anni oblati. Dio. Mitte obsecrare fa
ctum puta. Et abaco supputatorio ac modica tabella in manus sumptis ęram Chri
sti ipsius Ianuarij, hanc, dies 12, horas 19, minuta 41, in tabulā exarauit. Deinde cū
annis oblatis intrauit (vt assolet) tabellam coniunctionē luminariū in annis expan
sis, & e directo annorꝫ inuenit dies 11, horas 7, miñ. 44, quæ oīa ęrę Christi sub

ſcripſit.Et facta additione dixit:optime Ioannes Anno Chriſti 19 currēte,Cōgreſ⸗
ſus luminariū Ianuarij accidit die 24,horis 3,minutis 25 poſt meridiē.Io.O me fœ
licem,quid hac ſupputatione verius,gratius,& iucūdius?Compara aiebā hos con
greſſus inuicē.Dio.Comparaui.Io.Nōne ſunt in tēpore æquales?Dio.Haud quā
q;:ſed ſunt inæquales.Nam cōgreſſus luminariū ad annū 19 Chriſti excedit cōgreſ
ſum ad annū primū poſt Nicęnā ſynodū.Io.Hahahe,inęquales,ſubtrahe tēpus mi
nus a maiori.Dio.Quid rides?ſubtraxi.Io.Quid remāſerit oſtēde.Dio.pacta ſub⸗
tractione remāſere horæ 23,minuta 29.Io.Ergo cōgreſſus luminariū anni 19 ha⸗
buit ſedē vigeſimaquarta die Ianuarij,quē tu tēpore primi āni poſt Nicęnā ſynodū
vigeſimotertio diei eiuſdē menſis affixiſti.Dio.Quid tum poſtea?Io.Quid tū po⸗
ſtea?Igitur cōgreſſus luminariū anni 19 euariauit ſedē ſuum a cōgreſſu Nicęno ad
integrū fere diem.Dio.Aſſentior.Io.Si retrocedēdo ſupputationē inſtitueres ad an
num 285 ante verbi mirifici incarnationē:in quo vnitas etiā fuit aureus numerus:
offenderes certe lumīariū cōgreſſum fuiſſe die 25 Ianuarij,horis 2,minutis 54 poſt
meridiē.& iterū euariationē ſedis ad vnū ferme diē.Dio.Cōfiteor equidē.Io.Cōclu
do ergo q cū congreſſus anno 285 ante Chriſtū incarnatū fuit 25 die Ianuarij.Et an
no 19 poſt incarnationē die 24 Ianuarij.Et rurſus anno primo poſt Nicenam ſyno
dum qui fuit annus Chriſti 323,die 23 Ianuarij cōgreſſum hūc fixum in Calēdario:
aut quopiā cyclo locū nō habuiſſe:ſed a die 25 euariatū in diem 23.Dio.Recte cō⸗
cludis.Io.Ad ſimilitudinē huius exēpli in cæteris cōgreſſibus,& diametris radia⸗
tionibus luminariū.Itē lunationibus primi mēſis & quartiſdecimis lunis paſchali⸗
bus ante Nicęnā ſynodū effluxis idē inferre neceſſum ē.Dio.Bene ratiocinaris.Io.
Q cū huiuſcemodi ſediū euariationes ante Nicęnā ſynodū factas confiteris:quis
vetuit eas poſt ſynodū & etiā a tēpore fabricatiōis tui cycli magni fieri nō potuiſſe?
forſitan tu & tibi ſimiles cœlū palmo cōcluſiſtis:legemq; luminaribus ſtatuiſtis ne
poſthac æuo tēpore huiuſmodi euariationes attētarent.Profecto nō vobis imperi
um cœli datū,ſed deo opt.max.qui cœlos verbo condidit:legēq; pati ſydera coegit.
Quare ſagittas oēs ſupra in cyclorū obſeruatores emiſſas in te vnū archicycliſtā
retorqueo:qui tuis lunatiōibus,& lunis quartiſdecimis manifeſtarios & intolerabi
les errores eccleſiæ induxiſti.lueſq; cōdignas errorū tuorū pœnas.Dio.Quæ mihi
mi Ioānes,docte obieciſti:& quondā a meis coętaneis obiectata fuere.quocirca er
rorū pœnitentia ductus,& cū obiectiones de quartadecima luna paſchali diſſolue
re neq; extricare potuiſſem:cōſcientię ſtimulo cōpunctus,& verecūdia confuſus,
frōtem mihi pudoris cauterio exuſſi:ſpero tamē ſummū ſacrorū antiſtitem Leonē
decimū,& inuictiſſimū Cæſarē Maximilianū errores meos emēdaturos.Vale mi
Ioānes.Io.Et tu quoq; vale. ¶ Poſtremo ad cyclū ſeptuagintaſex annorū venio X
quē plures neoterici apprime extollūt:& de eo magna cōſcribunt volumina.Con⸗
texitur aūt is cyclus ex quattuor cyclis decēnouenalibus:in quo oēs diuerſitates
ex intercalatione biſſexti cōtingentes redeūt & nihil ingerūt difficultatis.Eius imbe
cillitas paucis hoc mō manifeſtabit.Septuagītaſex anni ſolares cū ſuis biſſextis cō⸗
tinent dies 27759:& in eis fiūt(vt volēti facile eſt ſupputare)lunationes 940,q iuxta
aſtrologicā ſupputationē multiplicatę p vnā lunationē ſc; dies 29,horas 12,minu⸗
ta 44,ſecūda 3,& tertia tria faciūt dies 27758,horas 18,minuta 7,ſecūda 47 fere.His
habitis cōfero dies,horas,minuta,ſecūda & tertia lunationū ad numerū dierū ſeptu
agintaſex ānorū,& offendo illū huic minorē horis 5,minutis 52,ſecūdis 13 ferme.
In eo igit cyclo,id eſt,ſpatio 76 annorū oēs coniūctiones & oppoſitiōes in his ho⸗
ris & fractionibus anticipāt.Et quattuor cyclis cōpletis,hoc eſt,304 annis ſedes ſu
as anticipant horis 23,minutis 28,ſecūdis 52,ppemodū ad integrū diem.Laborat
igitur hic cyclus ſimili morbo quo pcedentes:quare abijciēdus atq; explodendus.
Ex his oībus corollarie infert:oēs cōmemoratos cyclos & ſi qui alij fuerit:pu⸗
ta Bedę Anglici,Gerlādi Lotharingi,Roberti Linconiēſis,Rogerij Bachon,Ioan
nis de mutis & Ioānis de ſacro buſ.& aliorū eſſe fragiles,imbecilles,nō potētes effi

cere quin longo tēpoꝝ interuallo tādem a vero luminariū cursu deuient: quare inutiles, incōgrui & inhabiles ꝑ vera paschæ celebratione: supposito ꝙ verni ęquinoctij variatio nil erroris ingereret. Quāobrem me recte ad sacrosanctū Lateranēse cōcilium scripsisse arbitror: ꝓpositione sexta sic. Omnes cyclos minimos, mediocres & maximos, etiā quorūcunq̧ Iulij Cæsaris, Alexādrinoꝝ, Dionysij abbatis, Arabum & cæteroꝝ in hoc negocio abijciēdos esse & posthabēdos: quia oēs sunt fallaces, fucati, pollicētes quæ præstare minime possunt.

Y ¶ Sed cōtra hæc posset qs obijcere: quo tādem cyclo Rhomanū Calēdariū vicissitudine tēpoꝝ collapsum erigetur: instaurabit aut reformabit? Respōsio in ꝓmptu est: nullo cyclo stabili aut firmo erigēdum aut reformandū, quia eūdem ædere ꝑ se fert impossibilitatē. sed nemo extendit manū suam ad impossibile. In nostro autē Calēdario tēpora verarū cōiunctionū & oppositionū in annos 27 inscripsim⁹: quos in tres cyclos (vt ita dixerim) distribuimus: queadmodū supra ꝓpositione sexta satis docuimus. Rursus opponit quis prisci patres maximā curam & diligētiam ad rectā paschæ celebrationē adhibuere: & ne error vnq̄ irrueret: statuerūt lunæ ætatē quotidie post diurnū officiū primæ in ecclesia esse ꝓnūciādam. Et vt clero occasionem addiscēdi diligētius lunæ cursum darent decreuerūt neminē in sacerdotiū ꝓmouendū qui cōputū, hoc ē, ætatis lunæ normā, festorūq̧ mobiliū ordinē & indagationē ignorauerit. Respōsio officio nostri Calēdarij lunæ ætas cognita ē facillima. Nam cū tēpus cōiunctionis luminariū aīaduerteris: ab eo vno die numerato, lunā primā denūciabis, duobus recēsitis lunā secūdam, tribus, tertiam ꝛc. & in oppositione quintamdecimā aut sextamdecimā: & sic de cæteris vsq̧ in trigesimā & sequētem cōiunctionē, in qua iterū primā, secundam, tertiam, quartam, & sic deinceps pronūciabis.

De equinoctio verno in sacratissimi pasche celebratione sūmopere obseruando Propositio 38.

A Equinoctiū vernū in sanctissimi pasche celebratiōe magnopere obseruare. ¶ Æquinoctiū vernū tunc esse grauissimi authores ꝓhibēt: cū sol æquatorē attingēs primū arietis punctū ingredit. Arietis dico nō octauę sphērę ex q̄dā stellaꝝ serie figurati: sed Arietis sūmæ sphērę mobilis q̄ noctes dieb⁹ æquat. de quo pulchre canit Marcus Manilius in suo astronomico, sic. Libra ariesq̧ parē reddunt noctēq̧ dieq̧. Et de ęq̄tore circulo, sic. Tertius in media mūdi regione locat⁹ Ingēti sphera totū ꝑcingit olympū. Parte ab vtraq̧ vidēs axē, quo lumine phœbus. Cōponit parib⁹ numeris noctēq̧ diemq̧ Veris & autūni currēs per tp̄a mixta. Quo aūt tp̄e sol arietē ingrediatur & æquinoctiū vernū cōstituat supra ꝓpōne 18 tabulari supputatiōe docuim⁹. Q̄ si quispiā in ea re dubitauerit: edoceri potest ꝑ nouā ęquinoctij obseruationē officio instrumēti astrologici.

B ¶ Cōis est Latinoꝝ, Græcoꝝ, & Hebręoꝝ consensus, pascha post æquinoctiū non ante celebrandū, & ita etiā vetustissimi Iudæi ante Christi aduentū obseruarūt Philo, Iosephus, & eoꝝ antiquiores Agathobolus, & Aristobolus vn⁹ ex septuaginta interp̄tibus. Quare Anatolius Laodicenus ep̄s nōnullos rep̄hendit: qui pascha ante æquinoctiū ꝑagebāt. de q̄ plura supra ꝓpōne 32. Oportet eīm ideo hoc fieri vt tenebraꝝ potestas sit victa & dies q̄ntulumcūq̧ noctē exuperet. Id docet Origenes oīm eruditissim⁹ & cōponēdi calculi ꝑspicacissim⁹ in libello paschæ luculētissimo. d. Vltra æq̄noctij transitū in paschali mysterio aduertēdū ad solis exordialē ascēsum sup terras tenebraꝝ insidias, tūc eīm ꝑagit verę lucis solis festiuitas: qn̄ ꝑ victoriā ascēdit ad nocturnaliū offendiculoꝝ caliginē opprimendā. Ex his nunc causa manifesta est: cur prisci patres in Nicena synodo & eoꝝ ꝑdecessores primū pascha altera die æquinoctij designabant. Vn̄ quia hi patres Nicenę

synodi ponebāt æquinoctiū 12 calen. Apriles, ipm pascha 11 calen. Apriles signabāt. Consiliter fecerūt ipsis priores qui diem æquinoctij 8 calen. Apriles affixerūt: primū pascha 7 calen. celebrabāt, volentes p hoc inferre pascha nostrū in mense nouorū, quo noui fructus in ægypto colligūtur (vt testis ē Ambrosius in eplā paschali) post æquinoctiū vernale, die dominico, a quintadecima luna vsq; in vigesimū primū inclusiue celebrādum esse. & ad hoc faciūt multorū cōciliorū decreta. In primis Nicęni, deinde Antiocheni, Cæsariensis, Alexandrini & aliorū. Qꝫ aūt tēpore vernalis æquinoctij & mense nouorū hæc solēnitas paschæ obseruari pcipitur, non sit sine magnis mysterijs quæ diuini patres sacrarū literarū itērpretes suis scriptis multifariam indicāt. quæ cōsulto in psentia missa facimus. Immo Dionysius in epistola ad Petroniū episcopū asserit statuta paschæ maximis pœnis esse roborata; Cōstantino Impatore approbāte quo ad clericos depositiōis, & quo ad laicos deportatiōis.

¶ Supioribus pulchre cōsentit diuus Augustinus libro secūdo ad inquisitiōes Ianuarij: vbi de paschæ rōne sic inquit. Ne quisq; vestrū attendat ꝙ eo tpe quo pascha celebramus Sol in Ariete ē: sicut illi appellāt quendā sydetū locū: vbi reuera mense nouorū sol inuenit in Ariete. sed siue illi arietē siue aliqd aliud eādē ptē cœli vocare voluerint: nos de scripturis sanctis hoc didicimus ꝙ oīa sydera deus cōdidit: & locis cœlestibus quib⁹ voluit: ordinauit. q̄ stellis distincta & ordinata & in quaslibet ptes diuidāt: quibuslibet vocabulis vocēt: vbicūq; sol est mense nouorū: illic esse repetitur hæc celebratio, ppter similitudinē sacramēti renouādæ vitæ: de qua satis supra disseruimus. Qꝫ si etiā locus ille sydetū Aries vocari posset, ppter aliquā figurę cōgruentiā: neq; hmōi timeret sermo diuinus aliquā sacramēti similitudinē ducere sicut de alijs: nō solum cœlestibus, sed etiā terrestribus creaturis: sicut de Orione vel pleiadibus, sicut de mōte Sina, & de mōte Syon, sicut de fluminibus q̄ vocanī geon, phison, tigris, euphrates, sicut de ipso toties in sanctis mysterijs nobilitato fluuio Iordane rerū figurate ad insinuandarū mysticas siītudines adduxi. Hæc Aug. C

¶ Beda venerabilis hic soluit quæstiunculā q̄ de æquinoctio obijci posset: Cum sacra veteris testamēti scriptura Exodi 12, & in alijs plurib⁹ locis pcipue Deut. 16 vbi scribit. Obserua mēsem nouarū frugū & verni primū tpis, nullā de æqnoctio mentionē faciat: cur a patrib⁹ noui testamēti tā accurate obseruādum pcipiat. Beda libro de tpibus sic scriptū reliquit. Si qs obiecerit nō æquinoctij memoriā: sed tm̄ primi mēsis & quartædecimæ lunę posuisse legislatorē: sciat quia & si ęquinoctiū noīatim nō exprimit: in hoc tamē ipso ꝙ a plenilunio primi mēsis pascha faciendū pręcipit: ęquinoctij trāscēsum plenaria ratione depromit: qd' absq; vlla dubitate cōstat. Hęc Beda. D

¶ Supiori ppositiōe in lrā C adnotauimus geminam esse causam: ꝙ sacri paschæ celebratio a recto suo tramite, & a prima ecclesiæ institutiōe deflexit aut declinauit, hoc est, (vt paucis dicaī) duæ sunt causę erroris paschæ. Vna q̄ cōsurgit ex indagatione lunæ quartædecimę p cyclū decemnouenalē, aut aureum numerū rhomano Calēdario affixum, aut p alios quoscūq; cyclos etiā quorūcūq; hæc in memorata ppositione discussa ē. Secūda aūt quæ ex ęquinoctij verni mutatione, euariatione, aut anticipatione oriī, hic examinabiī. Pro qua cōtuendū ꝙ prisci patres tractatores celebrationis solēnitatis paschæ ęquinoctio verno fixū, firmū, & ppetuo duraturū locū in diebus Martij designarūt. & nos hūc locū quasi immobilē vsq; in nr̄a tpa custodiuimus aut tolerauimus: diem videlicet 12 calen. Apriles, hoc est, vigesimū primū Martij: in quo & ipsi & nos nō mediocriter errauimus. Nam priscorum æquinoctiū a cœli æquinoctio vsq; adeo deficit vt hac nostra tempestate plebes, immo mulierculas nō lateat. Et a tēpore Nicęnę synodi in qua paschalis canon fuit institutus aut renouatus vsq; in ānum psentem vndecim fere dierum spatio sit anticipatum. Causa autem huius anticipationis est, ꝙ annus noster solaris a Iulio Cæsare institutus non adamussim quadrat reuolutioni Solis. E

¶ Et vt id dilucidius intelligi possit: noscēdū est priscos philosophos Metonem, Euctemenē, Calippū, Hipparchū, Abrachim, Iuliū Cęsarē, Ptolemæū, Albategni, & Thebith diuersas F

anni quantitates inuenisse: quorum oim obseruationes & sentētias in psentia scribere nolumus: sed triū dūtaxat. Iulius cesar Calippū & Alexādrinos secutus Rhomanis instituit annū solarem constare ex diebus 365, & quarta diei, hoc est, sex horis. Et si hæc quātitas anni Iulij Cæsaris veritatē habuisset, ita q hic annus cōtinuisset pręcise & expunctim sex horas vltra dies 365: nunq̄ æquinoctia anticipassent sedes suas: sed firmas & ppetuas in Calēdario sedes obtinuissent. Quia quolibet quarto āno dies vnus ex quattuor quadrātibus cōflatus, p bissextū præcise intercalatus, nullā æquinoctiorum euariationē admisisset: quare ratione æquinoctij nullus error in paschę celebratione cōtigisset. Sed oppositū est luce clarius sc3 q quātitas anni Iulij nō inunguē conuenit cū solis annua reuolutiōe, hoc ē, cū tēpore quod Sol a principio Arietis p duodena signa gradiendo in id cōsumit. statuit nāq3 Cæsar in sua prima Calendarij institutione æquinoctiū vernū septimo aut (vt melius placet) octauo cal. Aprilis, hoc est, die vigesimaquarta aut vigesimaquinta Martij: quod hodie sedem habet sexto aut quinto idus Martij, hoc ē, decima aut vndecima die Martij. Vnde omibus palam est quantitatē anni Iuliani excedere & maiorē esse vera quātitate anni quæ ex cœlesti Solis motu integrat. sed de ea re paucis interpositis definitius dicemus.

G ¶ Ptolemæus Alexādrinus dictione tertia Almagesti de quātitate anni elicienda Hipparchū virum magnæ industriæ & veritatis amicū ferme secutus diffiniuit annū p motu3 Solis ab æquinoctiali donec ad eūdem redeat. & hunc p subtilissimas cōsiderationes inuenit cōtinere dies 365, cum quarta vnius, minus 300 parte diei, hoc est, minutis 4, secundis 48. Et vt plane intelligas: quātitas anni Ptolemęi cōplectitur dies 365, horas 5, minuta 55, secunda 12, & minor est anno Iuliano minutis 4, secundis 48. quare quattuor anni vsuales Iuliani de quib⁹ tres sunt non bissextiles & quartus bissextilis superāt quattuor ānos Ptolemæi minutis 19, secūdis 12, quo fieri necesse est: vt si gratia exempli hoc anno æquinoctiū vernū fuerit pcise in meridie vndecima diei Martij quattuor ānis vsualibus decursis simile nō redibit in meridiē vndecimi diei Martij, sed an minutis 19, secūdis 12, & sic ī tāto tpe a meridie recedit & sese āticipat. Et ī octo ānis sile ęquinoctiū āticipat minutis 38, secundis 24. Et sic in cæteris annis hmōi āticipatio cōtinuo crescit vt ex tabella hic annexa facile est videre. Hæc aūt anni quātitas cœlesti quātitati solari nō oīno q̄drat, q̄d quā breuissime sic deduci pt. Ptolemæus anno 17 Hadriani Impatoris q fuit annus Nabuchodonosaris 880, Christi aūt 132, inuenit Solis ingressum in pūctum æquinoctij autumnalis die 25 mēsis Septembris Rhomani, horis 2 post meridiē. ex quo ingressu ₛm Astrologorum doctrinam in pmptu ingressus Solis in punctum æquinoctij verni elicitur, die videlicet 22 Martij, horis 2 post meridiē. fuit igitur iuxta obseruationē Ptolemæi verissimā æquinoctiū vernū die vigesimasecunda Martij. Quod si ab annis Christi pdictis vsq3 in nostros annos iuxta Iulianos annos anticipationē æquinoctij verni ex tabella supputaueris: inuenies id anticipasse ad 5 fere dies. ergo nostro tempore ęquinoctiū accideret die decimaseptima Martij. q̄d manifeste obuiat experiētiæ. In medio em (verbi gratia) septimi fere climatis die decimaseptima Martij dies artificialis superat noctē pene tertia parte horæ, igitur nullo mō ibi cōstituitur æquinoctiū cū diei & noctis æqualitas trāsierit. Quod quidē organis astrologicis fere innumeris aut vetustissimis aquarū instrumētis facillime pbari pt. Itē in 300 ānis æquinoctiū ₛm quātitatē āni Ptolemęi relatā ad annos nr̄os vsuales vno dūtaxat die āticiparet; q̄d etiā expientię cōtradicit.

Tabella anticipatiōis ęquinoctiorum iuxta q̄titatem anni Ptolemæi.

	d	h	m	s
1	0	0	4	48
2	0	0	9	36
3	0	0	14	24
4	0	0	19	12
8	0	0	38	24
12	0	0	57	36
16	0	1	16	48
20	0	1	36	0
40	0	3	12	0
60	0	4	48	0
80	0	6	24	0
100	0	8	0	0
200	0	16	0	0
300	1	0	0	0
600	2	0	0	0
900	3	0	0	0
1200	4	0	0	0
1500	5	0	0	0
1800	6	0	0	0
2100	7	0	0	0

quæ in 300 annis id vltra duos integros anticipasse animaduer- tit. Quocirca relicta quãtitate anni Ptolemæi ad Alphonsi regis H quãtitatẽ venio. ¶ Alphõsus Rhomanoꝝ & Castellæ rex illu strissimus, in rebus astrologicis ꝑspicacissimus, anni quantitatẽ ex plurimis subtilissimis obseruationibus eliciens, asserit anni solaris quantitatem nostra tempestate veriorem continere, dies 365, horas 5, minuta 49, secunda 16. Hæc anni Alphonsini quã titas collata ad quantitatem anni Iuliani minor ea est minutis 10 secundis 44. Quare Alphonsus quarto quouis anno diem inte grum intercalare nõ potest: quemadmodũ fecit Iulius Cæsar qui quadrantes suos vltra integros dies per quattuor ãnos collegit, & quartum annum intercalarẽ fecit diem vnũ integrũ Februario adnumerãdo. Sed si in anno Alphonsi quater acceperis horas 5, minuta 49, secunda 16, colliges horas 23, minuta 17, secunda 4 hic numerus deficit ab integro die minutis 42, secũdis 56. Inde oritur secunda causa erroris celebrationis paschæ: ex ęquinoctij euariatione aut anticipatiõe, quod priscis tẽporibus patrũ collo catum fuit vigesima prima die Martij: nostro tẽpore decimo aut vndecimo Martij collocatur. Et vt rem dilucidius habeas, scito ꝙ annus solaris a Iulio Cęsare institutus nõ inunguẽ quadrat so lis reuolutionẽ, eo ꝙ intercalatio vnius diei quolibet bissextili ã- no per Cæsarem instituta plus instaurat ꝙ̃ in ꝑteritis annis deper ditum fuit. Quo factum ẽ ꝙ quattuor anni nostri vsuales pauxil lulo quodam superẽt quattuor annos solares ex cœlesti eius mo tu collectos, puta minutis 42, secundis 56, iuxta Alphonsinam anni quãtitatem. Quod quidẽ pauxillulũ licet modicũ exiguum & pene insensile sit ad paucos ãnos relatum, multoꝝ tamẽ anno rum successu in magnã creuit quantitatẽ oĩbus sensilem, adeo ꝙ a tẽpore Cæsaris vsq; in annos nostros ad dies creuerit fere q̃t tuordecim. Nam tẽpore Iulij cæsaris accidit æquinoctiũ vernũ die vigesima quinta aut vigesima sexta Martij: quod nostro tẽpo- re fieri videmus aliquãdo decima, aliquãdo vndecima Martij. & a tempore Nicęnę synodi vsq; in tẽpora nostra creuit indies pro pemodũ vndecima. Hinc manifestũ est ꝙ exquo quattuor anni vsuales ecclesiæ pauxillulo (vt diximus) superãt & maiores sunt quattuor annis solaribus, æquinoctia sedes suas paulatim antici pare. Verbi gratia, sit ęquinoctiũ vernum hoc anno ad vnguem in meridie vndecima diei Martij, quattuor annis vsualibus com pletis, æquinoctiũ simile nõ redibit in meridiem vndecimi diei: sed tãto prius quãtus est excessus quattuor annorũ vsualium su per quattuor annos solares, puta minutoꝝ 42. secũdariorũ 56. Erit igitur id æquinoctiũ ante meridiẽ hora vndecima, minuta 17, secunda 4. Et octo annis decursis idem simile æquinoctiũ an ticipabit a primo oblato hora prima, minutis 25, secundis 52. & sic de reliquis iuxta adiũctam hic tabellam, ex qua facile supputabis æquinoctioꝝ anticipationem in futuros ãnos. Elicito eñ æquinoctio per ꝓpositionẽ 18 ad nostra tẽpora. Cum annis fu turis oblatis ingredere (vt assolet) tabellã: & quod e directo anno rũ inuenies de diebus, horis, minutis & secundis deme a tẽpore eliciti æquinoctij, & mox videbis anticipationẽ. Quo fit vt ęqui noctium nostra tempestate decima die Martij collocatum annis 1400 elapsis sedem suam euariabit in vltimũ diem Februarij.

Tabella anticipationis æq̃noctij iuxta q̃ntitates ãnorũ ecclesiæ & Alphonsi. I

Anni chr̃i	Tempus			
	d	h	m̃	s̃
1	0	0	10	44
2	0	0	21	28
3	0	0	32	12
4	0	0	42	56
8	0	1	25	52
12	0	2	8	48
16	0	2	51	44
20	0	3	34	40
24	0	4	17	36
28	0	5	0	32
32	0	5	43	28
36	0	6	26	24
40	0	7	9	20
44	0	7	52	16
48	0	8	35	12
52	0	9	18	8
56	0	10	1	4
60	0	10	44	0
64	0	11	26	56
68	0	12	9	52
72	0	12	52	48
76	0	13	35	44
80	0	14	18	40
84	0	15	1	36
88	0	15	44	32
92	0	16	27	28
96	0	17	10	24
100	0	17	53	20
104	0	18	36	16
108	0	19	19	12
112	0	20	2	8
116	0	20	45	4
120	0	21	28	0
124	0	22	10	56
128	0	22	53	52
132	0	23	36	48
136	1	0	19	44
200	1	11	46	40
400	2	23	33	20
600	4	11	20	0
800	5	23	6	40
1000	7	10	53	20
1200	8	22	40	0
1400	10	10	26	40

K ¶ Ex plibatis igit satis didicimus æquinoctiū vernū ratione primi mēsis ingredi: & ppter euariationē in Calēdario Rhomano firmā sedē habere nō posse. quāobrē error in paschæ celebratiōe ex æquinoctij mutatione cōtingēs, facillime hoc mō dignoscetur. Pleniluniū quodpiā qd prisci lunā quartādecimā vocāt: incidens in hos 11 dies Martij interceptos inter 21 diē vetustā sedē æquinoctij, & 10 diē sedem moderni æquinoctij, ſm canones & decretū sanctoꝝ patrū est pnunciū futuri paschæ dñica sequēti celebrādi: eo ꝙ est pleniluniū aut quartadecima luna primi mensis: de qua canon sic dicit. a quartadecima luna primi mēsis vsq; in vigesimāprimā eiusdē mēsis paschæ celebrāda ē festiuitas. Et tñ ecclesia vniuersalis in eo interuallo vndecim dieꝝ cōputo Dionysij repugnāte pascha nō celebrat: sed sequit ac tolerat Dionysiacā supputationē q pascha celebrari añ 21 diē Martij haud qq admittit. qa iuxta eandē pascha fieret añ æqnoctiū: qd vt in supiorib⁹ ostēdimus, phibitū ē, sed inuestigat ecclesia pleniluniū aliud: qd aut cadit in 21 diē Martij aut post, & dñica sequente paschale pagit sacrū, ita ꝙ ecclesia nōnunq̄ progat pascha in 28 dies: nōnūq̄ in 35. Ecce ecclesia celebrat pascha iuxta primū mēsem collapsi calēdarij rhomani & ībecilli cycli Dionysij: q in veritate ē secūdus mēsis cœli paschæ celebrationi inhabilis, dēptis immūdis & pcul in itinere cōstitutis. Et nisi error iste corrigat: cōtinget nonnunq̄ pascha celebrari cōtra mādatū legis mēse tertio aut qrto. qd primo mēse & verni tpis initio custodiri mādatū ē. Error qdē q cōtingit ob æqnoctij mutationē lōge peior & intolerabilior ē errore q fit ex cōiunctionū & oppōnū anticipatiōe. Nā hic in 304 ānis in vnū ferme diē crescit. ille aūt in eodē tpe ānoꝝ ad duos dies & senas horas excrescit. qre recte monuit titul⁹ huius ppōnis: æqnoctiū vernū ī sanctissimi paschæ obseruatiōe magnope esse obseruādū. Maiorib⁹ em̄ morbis acrioribus antitodis occurrēdū ē.

L ¶ Prohpudor nos q (vt Petr⁹ apls testat) sum⁹ genus electū, regale sacerdotiū, gēs sancta, ppls acqsitionis, de tenebris in admirabile lumē vocati, vt virtutes dei annūciem⁹, sæpius nō cognoscimus verū tps paschæ nostri. Cū tñ volatilia cœli chelydoniæ, ciconię, & qualle qtannis suis volatibus, & ad nos accessib⁹, ęqnoctiū vernū doceāt: qsi pascha, hoc ē transitū faciētes. Et cum nullā erroꝝ apud deū excusationē afferre poterim⁹: timeo vehemēter: vt nos deus p pphetā Hieremiā ca. 8. repħendat, dicēs. Miluus in cœlo cognouit tps suū, turtur & hirundo & ciconia custodierūt tps aduētus sui: popul⁹ aūt meus nō cognouit iudiciū dñi. Quō dicitis sapiētes nos sumus: & lex dñi nobiscū ē? Vere mēdaciū opatus ē stilus mēdax scribaꝝ. Cōfusi sunt sapiētes pterriti & capti sunt. verbū em̄ dñi piecerūt & sapiētia nulla ē in eis. Hęc Hiere.

M ¶ Cæterū ex duab⁹ causis erroꝝ in paschæ vera celebratione cōtingētibus supra expositis, tres errores sunt oborti. Prim⁹ minimus appellatus, q pascha verū differt vna hebdomada a pascha vsuali ecclesiæ: ex rhomano calēdario aut cyclo Dionysij exulcerato & deuio excerpto. & accidit is error tunc qñ dñicus dies intercidit inter lunā quartādecimā cœli & paschalē calendarij rhomani. & est cōis oibus numeris cycli decēnouenal aut aureis. In exēplo Anno gratię 1521 aureus nūerus 2, lrā dñical f. luna qrtadecima paschal in calendario rhomano sedē habet die 25 Martij: qre sequēte die dñico sc; 31 Martij celebrabit pascha iuxta vsū ecclię. Quartadecia aūt luna cœli sedē tenet 22 Martij & int hunc diē & 31 incidit lra dñical sc; f: qre iuxta patrū decreta die 24 Martij pascha celebrari deberet. accidit igit error septē dieꝝ, hoc ē, vnius hebdomadæ. Si se sumito iudiciū de annis Christi dñi 1524, 1525, 1528, 1531, 1532, & de cæteris quēadmodū infra p tabulā ppriā manifestabitur. Cū aūt dies dominicus non intercīderit inter lunā paschalē quartādecimā Calendarij & cœli: tunc nullus error cōmittetur. vt videre licet in ānis Christi 1520, 1523, 1526, 1529, 1533 ⁊c. Secundus error appellatur medius: qui cōtinet quattuor hebdomadas, hoc est, 28 dies. qui fere semper accidit: quando quartadecima luna cadit in interuallum vndecim dierū interceptorum inter decimū diem Martij & vigesimūprimū eiusdem. & vera litera dominicalis sequitur lunā quartādecimā cœli & calendarij. & vsu venit nostris tēporibus in his aureis. 3, 11, 19, 8. Vt in his annis

